VITT. EMANUELE
71
a'
17

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
19 M
52 11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

1234.35

Digitized by Google

Digitized by [illegible]



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO.

ATQ. EXCELLENTISS.

Domino.

D. POMPEO COLVMNAE ZAGAROLI DVCI

IVLIVS CAESAR BENEDICTVS à Guelfalione.

S. P. D.

Si ambæ illæ, Herculeæq. columnæ in vaſtiſſimo pelago meritò ſanè erectæ, nè quis eò gradum promouere certaret, quò fluctuantium vndarũ emergebat impetus, amplæ exiliebant voragines, animalium exultabat fœritas,

Digitized by Google

ſęritas, innumera cernebãtur vada, ſpumantiũ aquarum circuitus vndiquè exũdabant, aluei videbatur vaſtitas, & denique intranabilium fluctuum conſpiciebatur pauor, Dux Excellentiſſime: Si illæ inquàm columnæ hoc inſculptum præſeferebant inſigne NON PLVS VLTRA. illud palàm facere fortè putantes, ne quis vlteriùs ob innumeros anphractus, ac ſtrepitantes, vnàque circinantes vndas greſſum protenderet, ſed ſemet ipſas tãquàm mari limitem deſtinantes, pro deſtinata mæta conſtruerent. An fortè ego in vaſtiſſimo hoc Medicinæ Ocæano naufragus ero, immensũ coctionis iniens pelagum, vbi fluctuantium Ingeniorum turba fit nobis obuia, amplæ difficultatum voragines vndiquè emergunt, deuia veritatis elucefcunt itinera, argumentorũ ſęritas insurgit, innumera dubietatum vada proſiliunt, calumniantium ſcopulorum inſtàr prodit immenſitas, & denique Zoilorum ſtrepentium aquarum more infinitus aſſurgit numerus? Numquid ergò paueſcam eiuſdẽ ſpumantes, ac fluctuantes vndas peruadere, dum Columnam in medio earum commorantem intueor, nullo iactatam vento, nec fugaci aura ventilatam, quæ miro quodam modo me ſua ſtabilitate compellit, fortitudine incendit, ac ad volubiles vndas traijciendas mirè conuocat animum, inque ſummitate conſcriptum,

inſcul

inſculptumq. obijcit inſigne PLVS.VLTRA? abſit à me timor, arceatur pauor; illa namq. adeò vltrà fluctuantes erigit animos, eò eoſdē dirigit, vt ab arenoſo difficultatum littore, atque dubiorum portu meam mentis cymbam vlteriùs iactari cogat, & benigniſſimis ſuæ auræ Zephiris commota, in altum iàm mare propellat. ſique voraces inuidentium vndæ eandem vorare contendant, cæruleæque detrahentium lymphæ eidem vrnam ſtruere ſibi ſuadeant, aut ligurini ventorum Momi mare turbare præſumant, id incaſſùm tentent, obliuionique paritèr tradant, immobili namque eſt innixa Columnæ. Quid miror ergò Dux Excellentiſſime, ſi huiuſmodi meū opus ab innumeris Sycophantarum quaſi fluctibus agitatum, ad tuam Columnam, tanquàm ad ſacram anchoram accurrat? cum eadem, quaſi optimo duce illuceſcente, non paueſcam coctionis pelagum inire, eiuſque Charybdim vel inuitam peruadere; cum Excellentia veſtra mihi maris plagam tranandam deſignarit, cū Illuſtriſſimi Domini D. Camilli ſui cariſſimi patrui viſitationem, veſtra iubente Excellentia intentaui; cuius laudes exarare meum nō eſt; non enim tantus ſum, vt maximam ſuarū virtutum prouinciam meis humeris ſatis imparem Atlantis more ſuſtinere iàm valeam; eamque meis fulcire laudibus audeam; non

inquàm

Digitized by Google

inquàm meæ ſunt partes: dedecet enim infirmum virum aera circinare, aduè Cæli regionẽ ſcopum dirigere, vt auratæ Apollinis comæ ſuum ſuffigat intuitum; quamobrem nè eius immenſas virtutes meis laudibus obumbrare videar, aliò verſus, iter tunc temporis mihi deſtinatum pro viribus tranandum propono, ac vaſtam pelagi partem traijciendam quoq. deſtino, modò veſtra Excell. benignitèr luſtret: qua quaſi deſcripta Scyllæ accurata hydrographìa, ac cunctis obicibus perbellè cognitis, tutus mare peruadam, inſtabilemque hãc ratem ab omnibus Momorũ incommodis, ac dubiorum voraginibus ereptam, ad portũ per exundantes nimbos benignè tranſuehàm. & quamuis (Dux Excellentiſſime) huiuſmodi aquas tunc temporis cæperim agitare, ad portum tãdèm me redegi, eas denuò tranaturus, quamobrem has aquas ab immenſo coctionis gurgite reportaui, non vt libes planè; ſed vt eas tuo nitore depures, atque defæces; quamuis enim eaſdem lymphas pro viribus emundare quęſierim, maiorem labem acquiſiſſe cõperio, eaſque tuas àras ſuopte impetu petere inſpectaui, vt conſueta benignitate earũ fæditatem corrigas, atq. compeſcas. Accipiat ergò Excellentia veſtra huiuſmodi munuſculum; quod & ſi ſatis leue eſſe perpendam, non leuis tamèn animus eſſe comperitur, qui ſui voti compos factus, maiora elargiretur.

Digitized by Google

IVLIVS CAESAR BENEDICTVS A GVELFALIONE

Candido Lectori.

NIL vtique eſt,quod magis ſibi inuidiam promoueat (candidiſſime lector) atque ad iram quaſi tuba conuocet animos, quàm hominem ceù inſpectate Medicinæ vaſtitatē primoribus duntaxàt labijs delibantem, primaque eiuſdem tyrocinia deguſtantem,cernere eundem velle ſe ſe in intimiora Medicinæ penetralia conijcere, nouaque cupiat indagare, à veterum placitis deuium eſſe,ac deniq. ſcientię aliquam partē expolire contendere,ac pro viribus elimare;& ſiquid proprio Marte adiũgēdum ducat,paritèr addat. Quarè(& me inuito fateri cogor)eò deueniſſe inuidentiũ hominũ ſortē intueor,vt in huiuſmodi cēſus hominē, extēplò ferocientes viri dentiũ aculeos iaciant,in eundēq.dirè quidē ſæuientes,inflatis genis, maximoque murmuris flatu ſuis detractionibus eidē tubæ vim inferant,vt maximo eiuſdē clangore per vniuerſũ terrarũ orbē ſuos pādere cælebrent maledicos boatus:illud

ſortè

Digitized by Google

fortè cenſentes eum ex illis eſſe,quibus aures inanibus præconiorũ fumis pruriũt,ac titillãt, eiuſdẽq.animus inani turgeſcit gloria,ſuarũq. laudũ teſtimonia linguis verſari cupiditas eſt, & ꝙ deterius extat,mihiq.cor ſepiùs cõuulneȓat, illud eſt, dum eorũdẽ latratus clandeſtinos eſſe ſępiùs inſpecto,Zoilorũq.more eoſdẽ acuminatos færarũ linguarũ enſes euaginare contẽplor,vt à tergo feriant,ſi valeant,inopinatò vulnerent; quamuis coràm,te mille pręconijs inſigniant ,mille laudibus ornent,ſuiſq. linguis quaſi amoris vì exardeſcentibus ad ſydereas domos te tranſilire cogunt,atque cõpellunt;quas ſi clàm inſpectes,igniuomas eſſe comperies,ac in Auerni ſpiritus deuias, dũ te è ſyderibus ad Inferos trãſuehunt , ab Amore ad odiũ traducunt,à laudibus ad crimina tollũt,eorũq.labia à præcordijs admodũ diſſidẽt. Cæterũ dic amabò lector quænã iniuria abſenti peragitur,quid eidẽ imponitur? nil ſanè: quinimò ijſdem dedecus innaſcitur,ignauiæq. omen exurgit , nequeũt enim miſerrimi eorũ linguas ad ſermocinãdũ exerere,omneq. & ſi modicũ pauitãt,& tamèn ad occultas detractiones plaſmandas prõptiores inſurgũt; sũtq. illarũ auiũ more,quæ cum pinnatæ ſint ſatis, minimũq. vendicẽt carnis,voce tamèn per vniuersũ aeris ambitũ optimè reboant, indèq. Momorum inſtàr , vel in minima detractionis

pul-

puluerē eiectant, exuè optimè quoq. prolatis pilum exhauriunt. latrent ergò huiuſmodi canes in idque erumpant, nil ſcil. eſſe priùs non dictum, nil ab antiquis, priſciſq. Doctoribus non exquiſitum, vt incaſsum nouum tentemus inire facinus; quod ſanè quamuis verū eſſe nō denegē, fateor tamèn non ob id Harpocratis more, digito, quaſi nouo ſignaculo, labijs appoſito voces retinere; ꝑptereàq. Hip. primo de Diæta tex. 1. ſic fari meritò cæpit; Immeritò autèm vllus aliquis ipſorum reprehendatur, propt. quod inuenire nō potuerūt, immò laudādi potiùs omnes, quod inueſtigare conati ſunt, ac proindè forſan lib. de Arte tex. 1. talia dicta dedit: Mihi verò aliquod inuenire eorum, quæ nondùm inuenta ſūt, quod ipſum notum, quàm occultū eſſe præbet, ſciētiæ votum, ac opus eſſe videtur, ſimilitèrq. & ſemiperfecta ad finem perducere, & abſoluere: atque indè eſt noſtrum ingenium nullis interìm exſaturari inuentis, quod vel ob nouitatis cupidinem, vel ob maioris veritatis ardorem, res omnes mirum in modum exquirit, eaq. mirè quoq. expolit, & ornat, quid enī auguſtius excogitari, fieriq. poteſt, quam ea quę tenebris quaſi conſepulta eſſe videntur, claritatem experiantur, inq. lucem prodeāt? multa enim; ne dicam innumera, hiſce noſtris tēporibus tanquam rata, firma, atque ſtabilia à

mul-

multis ità ſunt habita, vt arbitrentur nil eſſe clarius, nihil lucidius; quorum tamèn radices ſi pænitiùs inueſtiges, infirmas, caducaſque eſſe comperies, leuique aura diſſipabis. vt propterea non ab re dixerim multos paſſim errare, cum rebus ab alijs infirmitèr præfixis firmitèr hæreant, eorumque auctoritati facillimè ſanè hæreſcant. Cæterùm quamuis in tanta caligine Medicina verſetur, eam tamen idem Senex tanquam nouus Apollo ſuæ doctrinæ irradiante fulgore ignorantiæ tenebras diſſipabit, vniuerſamque eius machinam ſuo corruſcante ſplendore luſtrabit: quæuè Artis præcepta traſmigrare videbuntur, Hipp. conſectanti uera artis principia eſſe innoteſcet, ſicut illū met negligenti, omnia noua eſſe proſiliet. indèq. mirandū nō eſt, ſiquicquid aſſero, eiuſdem Senis auctoritate muniā, vnaque circumuallē; quare eidem innixus, ſequens de coctione opuſculum aſtruere non deſtiti, tenue quidèm, ob mei ingenioli tenuitatem, grande verò, ob materierum grauitatē; utcunque tamen ſit, quamuis non inauſus, ſed inſcius, hoc tibi munuſculum offeram; illud tamen qualecunque ſit, benigno animo cape meaſque, & ſi inanes uiglias benignitèr quoque accipere dignare. Vale.

IVLIVS CAESAR DE BENEDICTIS
Doctor Medicus Aquilanus.

ADMOD. REVER. V.I.D. HORATII
de Simeonibus

Anagramma.

Libros ſalutis dedicaui docens, i, tradas cuicunque.

Eiuſdem Diſticon.

Diuiſum imperium retines à Cæſare Cæſar.
Ille necis fines, ipſe ſalutis habes.

ADMOD. REVER. D.D. FABII RETICAE
ad Auctorem.

QVò magis ad Cælum patulos dat turgida ramos,
Hoc magis infigit quercus ad ima pedem:
SIc tu quò plus ducis humi BENEDICTE dierum
Hoc citiùs virtus ſtat tua fixa ſolo:
Præcoce propterea redo et quam ſplendida fructu
Vt pateat celeres iàm ſuperaſſe dies.

ADMOD. REVER. D.D. HIERONIMI
Floridi S.T.D. ad Auctorem.

SCribis, & ingenij volucer petis alta volatu,
Dicis, & imperio fata inimica premis,
Prætulit imperium nomen tibi Cæſaris, alas
Lar Aquilæ patrius prætulit, vt volites.
SI nomen præfert Aquilæ, ſi Cæſaris omen
Quid ni opus hoc dignum duxeris imperio?

Equrij

EQVITII MAVSONII V.I.D.
ad Auctorem.

F Ertur Apollineæ non inſcius artis Achilles
Et medicas Macedo tradere doctus opes;
H Eroum varia Chironis laude lycæum
Gaudet: verùm aberat Cæſaris vnus honor.
P Eoniæ tandèm complectur gloria palmæ,
Dum retulit nupèr Cæſaris illa decus.

Del Signor Dottor
ANGELO ROMANELLI
SONETTO.

CESARE inuitto il Dittatore Auguſto
Vinſe co'l ferro ogni nemico ardire
Tu con' la penna ſol' col'dotto dire,
Ceſare ancor' ten' vai di glorie onuſto.
PER capir le tue lodi è vn' mondo anguſto
Non potè Roma il crudo Rè capire
Che di ſangue è di mort' hebbe deſire
Oue che tu d'Amor hai l' cuore aduſto.
TE miniſtro di pace, el di furori
Te per ſaggio, ei per crudo il mondo addita
Ch'hebbe deſio ſol' di piagar' i cuori.
HOR ceda il ferro alla tua penna ardita,
Ceda Ceſare à Ceſare gl' allori
Ei diè la morte, e tu ci dai la vita.

CAPVT

CAPVT I.

QVID SIBI VELIT COCTIONIS AC CRVDITATIS Nomen.

QVæmadmodum diuinus noſter Dictator decantauit lib. de carnibus tex. 1. id quod calidum vocamus (de elementari calore verba ſubnectens) immortale eſſe, & cuncta intelligere, & audire & ſcire omnia tùm præſentia, tum futura; ità ſane calor innatus, vel primigenius, quaſi noſtra natura, dum ſolida regit, gubernatq. corpora, omnium naturalium operũ verus eſt auctor, illiq. noſtram corporis fabricam, atq. ſtructuram optimè ſtruere eadem natura conceſſit, atque illi duntaxat noſtram vniuerſi corporis compagem ſuſtinere pro viribus deſtinauit; dũ enim ille ſubſultare videtur, inuè corporis vaſta mole ſuſtinere imperium, atque primatum, omnia congregare videtur in vnum, noſtrãq.

B cor-

corporis machinam affabrè ſeruare comperitur, ſecùs autem cõtingere non rarò cernimus, dum eundem aliqua labe fædatum intuemur, tunc enim temporis omnia corruere neceſſum eſſe crediderim, ac omnem molẽ deuaſtari, corporiſque vniuerſam machinam deperdi autumarim, ſicque mixtionem diſſolui, atque in interitum, poſtremamque ruinam præcipitem labi contenderim: natura enim dum naturali, innatoque tono potitur, ſic humores librat, ſic eoſdem adæquat, vt ijſdem modum imponat, arctoque eoſdem vinciat fræno; indeque vnicum temperamentum ſalit, atque ſubſultat, viuentis naturæ apprimè conſonum; in quo calidum, & humidum præcipuas partes obtinere comperimus, licet ex quattuor natura diuerſis conſletur: ſic profectò in lacte contingere ſępæ conijcimus, & ſi enim, pinguis, caſcaliſue pars ſuam videatur locare, figereque ſedem, ex omnibus tamen hiſce componentibus partibus, vnicam lactis formam emicarè iam cernimus, & ſi lac vnum non exiſtat, ſed triplici ſubſtantia refertum; ex reciproca namque humorum actione, fit vt ex omnibus vna maſſa proſiliat, vnaque forma reſultet; pluribus normam iniungens, pluraque continens: hac enim lege Gal. 2. de elem. Sanguinem

non

non vnum indigitauit, lactis nimirum exemplo in medium allato: nam ſicut lac dum nulla labe fædatum, refertumuè conijcitur, naturæque ſalubres limites non excedit, ſeroſam materiam ſegregari eſt impoſſibile; ità à ſanguineo humore humiditatem aliquam diſſolui, vnaque ſecerni eſt diffi cillimum; ea namque quæ primigenio calore coarctata, vinctaque ſimul apparent, ab eiuſque imperio edomita, & gubernata, optimum nexum deperdere nequeunt, nec mixtionem, ſeù fidam ſodalitatem amittere valent: cum ille ea quæ naturæ grata iucundaque eſſe videntur, homogeneâque ſeruant immaginem, in vnum congerat, atque coadunet; quemadmodum ea quæ aduerſa, hoſtiliaque naturæ eſſe eluceſcunt, heterogeneamque ideam redolent mirum in modum ſeponit, vnaque ſecernit. Mirũ ergo haud reor dum ſanitas ſalubriſque ſtatus in homogeneorum congerie, atque mixtione ſubſultat; inue eorundem ſegregatione euolat, atque deperditur. vt non immeritò diuinus noſter Dictator lib. de natura hum. tex. 6. viſus ſit omnium morborum cauſſam in vnicam humorum ſegregationem rèdegiſſè, vt ſanitatis ſtatum in eorundem fidam etiã conſocialitatem refudiſſe; adeò vt eam quam Gal. putredinem nun-

cupat, Hipp. ſeparationem indigitare cernatur: proindeque ſi illi coctionem deſtinabat Gal. eandem ſeparationi tribuit Hipp. ſiquidem iſta humorum diſgregationem anteit, illa humidarũ partium à ſiccis ſeparationem arguit, cum mixtum iuxtà Phyloſophi decretum tunc potiſſimum plaſmetur 1. & 2. de gener. dum ſiccum cũ humido amicitiam fidumue coniugium init, illique gratè connectitur. Humidũ namque alieno indiget termino, ac alio opus habet, quod eidem limites ſanè præfigat, cum ex ſe terminabile non exiſtat: ſiccum ergò illud erit quod eidem modum, terminum ſcilicet dare contendet, ac ſtabilitatem elargietur: quæ ſanè paſſiuæ qualitates tam diù mixtionis ideam configurare videntur, quamdiù calor ſuam craſim, atque temperiem obtinuerit, ſic enim, & miſcibilia vnit, figurat, & miſcet, ſe ſe reliquis inſinuando; proque illius temperie frigiditas quoque reſultat, eidem calori modum imponens, vnde diuinus ſenex lib. de natura pueri tex. 1. ſic fati cępit: omne enim calidum frigido moderato nutritur.

Humidum ergò, ac ſiccum in mixtione vt materia ſe ſe nobis fiunt obuia, videndaque exibent; cum humidum continuitatem mixto communicet, ſiccum conſiſtentiam elargiatur

cali-

calidum formam concedat, frigidum tandem modum, atque menſuram benignè quoque donare comperiatur; quotieſcumque ergò calor in alienam abierit qualitatem, inque præternaturale cauma commigrarit, mixtum diſſolui neceſſe eſt, adue eiuſdem diſſolutionem corporis naturalem ſtatum corruere etiam aſſeuerandum. Iure meritò ergò Hipp. lib. de natura hum. tex. 6. ſic fari perbellè incipit: Sanus equidem maxime eſt, vbi temperamentũ hæc inter ſe habuerint moderatũ,tũfac.tũ copia, & vbi maximè fuerint permixta, Aegrotat autem quum horum quid minùs aut amplius fuerit in corpore,& non fuerit reliquis omnibus contemperatum, neceſſe eſt quum quid horum ſecretum fuerit,& per ſe ſteterit, non ſolum eum locum vnde ſeceſſit morbidum fieri, ſed etiam eum in quo ſtat,& in quem proptèr nimiam copiam diffuſum eſt dolore, ac morbo vexari: quod volens 4. de morb. apertius enucleare,poſt traditum ſcytharum exemplum de equino lacte turbatione ſecreto talia dicta dedit: ſic etiam in homine dum turbatur humor, quicquid eius eſt in corpore, à principijs quæ dixi diſparatur, & in ſuperficie quidẽ bilis conſiſtit,leuiſſima enim exiſtit, Secundo loco ſanguis, Tertio pituita, grauiſſimus autẽ

horum humorum eſt aqua, his verò ità ſe habentibus, quiſquis ex his in morbò plurimus fuerit, in principio contingente turbatione deuenit ad locum vbi plurimus eſſe poſſit, verum in turbatione ſpacioſa capacitate euadēte, ſecretus diſtrahitur, & calefacit corpus: quibus ſanè verbis nobis ſegregationis modum inſinuat Hipp. ac detrimentū quod indè prodiit, ità tex. 26. fari ſic cæpit: Aſſero autem partem humoris in homine vbi liquatus fuerit, conglobari, ac ſpiſſari donec morbum pepererit, partem verò dilatari, ac ſecerni: propterea que, vt huic ſegregationi fines idem ſenex præfigeret, coctionem iniunxit, dum lib. de vet. medic. tex. 32, ſic ait: Coctio fit ex permixtione, temperaturaque mutua, & quaſi coctura: quod ſanè idem auctor cælebrare viſus eſt, eodem lib. de vet. medic. tex. 34. aiens, & quos quidem acuta, acriſque ac ęruginoſa bilis infeſtat, quales mox rabies, & morſus viſcerum ac pectoris, & deſperatio? non ſedantur autem hęc, priuſquam eadem expurgetur, proſternatur, & permiſceatur, en ergò humorum diſgregationem ſupponens permixtionem tanquā coctionem iniungit, vt ex eodem textu innoteſcit aiens: itaque quum amaritudo quædā diffuſa fuerit per corpus quam bilem flauam appella-

appellare ſolemus, quales ſtatim anxientates, & æſtus, & impotentiæ occupant: quod volens nobis magis, magiſque palam facere 4. de morb. tex, 26. ità ſubdit, & tamdiù rigor tenet, quamdiù aquoſus humor alij humori ammixrus eſt, quin & febris hnc modo generata oboritur: itaque ſupponit profectò tam diù perſiſtere, quamdiù humor ſegregatus extiterit.

Separationis, ſeu diſgregationis nomine illud vtique intelligendum eſt, quod videlicet humorum nexum, atque commercium amiſerit, mixtioque diſſolutionem ſubierit, ità quidem, vt horum quiſque iuxtà ſuarum virium exceſſum, & qualitatum immoderantiam liberè incedat; qua media diſgregatione in eoſdẽ humores cruditas ſe ſe inſinuat, eoſdemque mirè peruadit.

Non enim illud, (vt Martianus in ſuo antiparalogiſmo aſſeuerabat) ſegregationis nomen ſibi aſciſcere vendicareque videtur, quod varia, diuerſaque obſideat loca; ita vt ex vna in aliam partem commigrare comperiatur; ſed quod, vt dixi in quandam dyſcraſiam, atque ametriam humores adigàt, vnaque traducat: proindeque autumarim Gal. in meth. in ea erupiſſe verba. Putredinem in corporibus ortam ſanabimus, id quod corruptum eſt omni ratio-

Digitized by Google

ne euacuantes, quod reliquum eſt, moderatis moribus,& perfrigerante perſpiratu ad exactam ſymmetriam reducentes, atq. temperiẽ idque coctione aſſequi ſecundũ Hippocratis normã ratus fuerim; cũ ea, & permiſceat, atq. inſimul excedentes humorũ qualitates frænet atque cõpeſcat; quod expreſſit dũ lib. de vet. med. dixerat: Coctio fit ex permixtione, tẽperaturaque mutua: meritò ergò Phyloſophorũ Princeps coctionem eſſe primigenij caloris perfectionẽ inſinuarat, quarto metheor: calor enim cũ integrũ ſuũ eſſe ſeruarit,ſuãque retinuerit craſĩ, omnia perbelle abolet intẽperamenta, humorũ coercet agitationẽ, nimiarũ humiditatũ affluxũ abſorbere cõperitur, excedentẽ humorũ ſarcinã ſuo robore infringit,atque debellat, & denique (vt diximus) homogenea in vnũ congregat, eaq; colligat. quãuis non deſit arbitrantiũ opinatũ, hunc videlicèt calorẽ nedũ homogenea arctare, atque in vnũ trahere, ſed etiã heterogeneas; cũ à calido totius mixti cælebretur nexus, heterogeneæ naturæ exiſtentis: illud enĩ quattuor elementa quaſi in ſuo ſinu fouet, atque receptat, calorque connectit. Addunt prætereà omnẽ digeſtionẽ à calido profluere, eãque calidi, humidique miſcelã exiſtere omnibus vel etiã Medi-

cinæ

cinæ initiatis innoteſcit, indèque heterogeneorũ nexum facillime arguunt.

At præ huius dubitationis euerſione aſſeuerandum Ariſtotelem harum qualitatũ operationes accipere,quę frequentiores quoq.eſſe cernuntur,& quæ vt in pluribus plaſmantur;& quoniã calidum homogeneis ſæpiùs cõmunicat vnionem,eaque benè connectit,quod in heterogeneis non ità cælebrare videtur;cum eadẽ non ità ſæpæ colliget, ſed a frigore in vnum adigantur,à calore autem vt plurimum heterogenea ſeiunguntur. ideò Phyloſophus has qualitates deſcribere non renuit per huiuſcemodi operationes:quamuis enim ignis heterogenea connectere non raro cernatur, vt plurimum tamen homogeneis vnionem elargitur,ijſque quaſi frænum imponit;ſicut heterogeneis ſeiunctionem tradere compellitur: ideoque Ariſtoteles has qualitates calidum nempè,& frigidum per clariores operationes, & quæ vt plurimũ ijſdem inſunt definiuit;præterquam quod neque veras definitiones, ſed potiùs deſcriptiones vocitarem,cum per eſſentialia non fuerint explanatæ,ſed per accidentalia duntaxat hoc tamen obiter à me dictum reputandum, cum non ſit prçſentis inſtituti id diſquirere;calor enim ſi id peragat, prout na-

Digitized by Google

naturalis conglomerare videbitur, non autem prout calor, atque ità humidum cum ſicco amicè connectet.

Illud tamē aſſeuerare nunc temporis ſat ſit, ea ſcilicèt quæ aliqua dyſcraſià, aut ametria præpollent, media coctione temperari; proptereaque Hippocratem lib. de vet. medic. tex. dixiſſe accipimus: Reliquæ autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias ego fieri ſentio, reſtituuntur, ac curantur vbi temperatæ fuerint, ac concoctæ: Coctio ergò prætèr homogeneorum mixtionem quam molitur atque inutilis heterogenei ſegregationē quoque mixto elargitur, medio ſanè calore, vt diximus, qui ſane vt igneus eſt elemēta tenuat, vt cæleſti qualitate fruitur, miſcet, & vt à frigido eſt attemperatus coquēdo vnit, indè huiuſmodi nexum, ſeu vnionem perfectā coctionem eſſe crediderim; quamuis coctionis nomē non vnicam ideam configurare præſumam.

Aliquandò enim tranſitum indicat in propriam corporis ſubſtantiam, proindèque Gal. 3. de natural. faculta. cap. 7. aiebat. Coctio nihil aliud eſt, quàm alteratio in propriam eius quod nutrit qualitatē, & 2. de natural. facult. cap. 4. inſinuarat: Coctio eſt alteratio quædam ac nutrientis in propriā qualitatem eius quod nutritur mutatio.

Alia

Alia ſignificatio eſſe a ſſoler, qua dici ſolet humores ſemiputreſcentes à natura coctionē nanciſci, de qua Gal. agens lib. art. med. cap. 89. dixerat: coctio eſt quæ facit ceſſare putredinem manente ſubſtantia.

Tertia denique coctionis ſors ea vocitanda profectò eſt, cum humores ea malitia præditi fuerint, vt in alendi corporis ſubſtantiam verti ampliùs nequeant; à natura tamē ſuperioritas intentatur, vnde, & vincuntur, & edomantur, ad quandam meliorem conſiſtentiam redacti, non pro nutricatu cęlebrando, cum hoc poſſibilitatis faſtigium tranſmigret; ſed quia ſic mitificati, ac magis manſueti effecti, naturæ non ampliùs negotium faceſſant; indeque euacuationi facilius parere cernuntur, aut à Natura, aut ab arte patrandæ; hancque coctionem ipſe ſanè naturæ quandā victoriam ſuprà morbificas cauſſas nuncuparem; proindeque. Gal. 3. de criſ. cap. 5. dixerat, tunc naturam concoquere, cum eadem natura ſuperior euaſerit, & debellarit, & reſtiterit vehementiori morbi conatui, & quę infeſtabant, expugnauit: hancque ſuperioritatem tunc potiſſimum obtinere naturam inſinuarim, cum videlicet ea quæ media putredine, ſeù ſeparatione ſegregata fuere, in vnum coheunt, optimeque miſcētur, quod ſa-

Digitized by Google

ſanè tunc potiſſimum peragit natura,cum materias euincit,vnaque exſuperat:ea namque tunc temporis compeſcit,frænat, vnitque quæ ex ali qua quidem cauſſa recruduerunt,vel ſeparata,ac diſgregata fuere, huiuſmodi enim materijs ſic ſegregatis, hiſce inquàm vt diximus debetur coctio; cum hac media ſegregatione cruditas introducatur, humoreſque à primigenio calore victi non elucescant: proptereaque ſenex lib.de loc. in homine tex. 52. dixerat:Corpus enim à cibis æqualibus,æqualitèr nutritur, à corpore verò cibi ſuperantur, poſtquam verò plùs,aut minùs ingeſtum eſt, aut alia quępiã tranſmut. facta eſt ſuperatur; ſuperãt autẽ cibi:ex hiſque innoteſcit tũc potiſſimum cruditatem emergere,cum cibaria, ſeù humores naturę victoriã reportarint: quæ ſanè ſuperioritate vnionis diſſolutio in mediũ prodit; cum calor inferiorem ſe ſe iudicet rei coquendæ.vndè benè loquutus fuit ſenex lib. de nat.hum.aiendo ſegregationem, ſeù cruditatem tunc potiſſimum enaſci,vbi hæc temperamentum inter ſe non habuerint moderatum, tum facultate, tùm copia, & vbi maximè non fuerint permixta ſed per ſe ſteterint.

Hincque colligendum eſt huiuſmodi ſegregationem à triplicata cauſſa,quaſi triplici fon-

te emergere, vt notat doctiſſimè Martianus, à motu nimirum, à multitudine, & ab alteratione. Ab alteratione quidem, cum dixerit Hipp. lib. de vet. med. tex. 31. Reliquæ autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias ego fieri ſentio, reſtituuntur, ac curantur, vbi temperatæ fuerint, ac concoctæ: proptereaque idem ſenex loco cit. tex. 24. dixerat: ineſt enim in homine, & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & alia infinita omnigenas facultates habentia, copiamque ac robur, atq. hæc quidem iuxtà, ac inter ſe temperata neq; conſpicua ſunt, neque hominem lædunt.

A copia verò ſubſultare ſegregationem Hipp. quoque edocuit lib. de nat. hum. dum dixit: ſanus equidem maximè eſt, vbi temperamentum hæc inter ſe habuerint moderatum, tùm facultate, tum copia; en ergò moderantiã vult ſenex in humoribus, omne enim nimium naturæ inimicum; repletione namque intùs factam ſecretio contingit, dixerat Hipp. lib. de inſom. tex. 3. ideoque 4. de morb. tex. 3. talia dicta dedit: cui porrò plantæ in terra pognatus humor, multò vberior eſt quàm conuenit, ea planta ægrotat.

A motu ſegregationem aſſurgere etiàm patet, ex eodem lib. de natura hum. eo enim loco

hæc

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſanè tunc potiſſimum peragit natura,cum materias euincit,vnaque exſuperat:ea namque tunc temporis compeſcit,frænat, vnitque quæ ex al qua quidem cauſſa recruduerunt,vel ſeparata,ac diſgregata fuere, huiuſmodi enim materijs ſic ſegregatis, hiſce inquàm vt diximus debetur coctio; cum hac media ſegregatione cruditas introducatur, humoreſque à primigenio calore victi non eluceſcant: proptereaque ſenex lib.de loc. in homine tex. 52. dixerat:Corpus enim à cibis æqualibus,æqualitèr nutritur, à corpore verò cibi ſuperantur, poſtquam verò plùs,aut minùs ingeſtum eſt, aut alia quępiā tranſmut. facta eſt ſuperatur; ſuperāt autē cibi:ex hiſque innoteſcit tūc potiſſimum cruditatem emergere,cum cibaria, ſeù humores naturę victoriā reportarint: qua ſanè ſuperioritate vnionis diſſolutio in mediū prodit; cum calor inferiorem ſe ſe iudicet rei coquendæ.vndè benè loquutus fuit ſenex lib. de nat.hum.aiendo ſegregationem, ſeù cruditatem tunc potiſſimum enaſci,vbi hæc temperamentum inter ſe non habuerint moderatum, tum facultate, tùm copia, & vbi maximè non fuerint permixta ſed per ſe ſteterint.

Hincque colligendum eſt huiuſmodi ſegregationem à triplicata cauſſa,quaſi triplici fon-

te

Digitized by Google

te emergere, vt notat doctiſſimè Martianus, à motu nimirum, à multitudine, & ab alteratione. Ab alteratione quidem, cum dixerit Hipp. lib. de vet. med. tex. 31. Reliquæ autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias ego fieri ſentio, reſtituuntur, ac curantur, vbi temperatæ fuerint, ac concoctæ: proptereaque idem ſenex loco cit. tex. 24. dixerat: ineſt enim in homine, & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & alia infinita omnigenas facultates habentia, copiamque ac robur, atq. hæc quidem iuxtà, ac inter ſe temperata neq; conſpicua ſunt, neque hominem lædunt.

A copia verò ſubſultare ſegregationem Hipp. quoque edocuit lib. de nat. hum. dum dixit: ſanus equidem maximè eſt, vbi temperamentum hæc inter ſe habuerint moderatum, tùm facultate, tum copia; en ergò moderantiā vult ſenex in humoribus, omne enim nimium naturæ innimicum; repletione namque intùs factam ſecretio contingit, dixerat Hipp. lib. de inſom. tex. 3. ideoque 4. de morb. tex. 3. talia dicta dedit: cui porrò plantæ in terra pognatus humor, multò vberior eſt quàm conuenit, ea planta ægrotat.

A motu ſegregationem aſſurgere etiàm patet, ex eodem lib. de natura hum. eo enim loco hæc

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

hæc ſcripta comperiuntur: Aegrotat autem quum horum quid minus,aut amplius fuerit in corpore, & non fuerit reliquis omnibus contemperatũ, neceſſe eſt enim cum quid horũ ſecretum fuerit,& per ſe ſteterit,non ſolum eum locũ vndè ſeceſſit morbidum fieri,ſed etiam eum in quo ſtat, & in quem proptèr nimiam copiam diffuſũ eſt,dolore,ac morbo vexari:en ergò motus iſte ſegregationem peragere videtur, proindeque cauſſa mota moleſtior eſt quieſcente, vt annotauit Gal.2. de ſimpt.cauſſis per hæc verba: cauſſa itaque emota longè moleſtior eſt quieſcente,præſertim vbi defertur per corpora ſenſibilia,quum enim quippiam per hæc tranſiens violentèr ad cutim fertur, in ipſo per carnem,cutimque tranſitu neceſſe eſt vt ſtimulet,pungat,diuidet vulneretque eas partes omnes quibus obuium fuerit:nec immeritò, tunc enim temporis humor motus ſuæ poteſtatis eſt,neque à reliquis coarctatus,atque frænatus, & conſequentèr motu illo ab alijs ſegregatur;quod tamen clariùs demonſtrauit ſenex aiens lib.de nat.hum. tex.6.Rurſus itaque ſi idem intùs fæcerit euacuationem,& tranſitionem, ac ab alijs ſecretionem,,geminatum dolorem exhibere neceſſe eſt,nempè, & vndè ſeceſſit,& vbi receptum redun-

redundat:quibus conſtat humorem motū longè magis negotium naturæ faceſſere; quamuis nomine motus nedum hic intelligenda eſt materiæ ex vno in aliū locum tranſmigratio, ſed eiuſdẽmet humoris quieſcẽtis turbatio:quod dogma confirmauit ſenex 4.de morb.ſect. 2. tex.25.aptiſſimo Scytharū exemplo,qui agitatione lactis,butyrum,ſerum,ac caſeū ſegregāt; lac enim in caua vaſa lignea (hæc ſunt Hippocratis verba) infuſum concutiunt, illud autem dū turbatur ſpumeſcit,ac ſecernitur,& pingue quidem quod butyrum vocant,quùm leue ſit, in ſuperficie conſiſtit, graue verò, & craſſum deorſum ſidit,quod etiam ſecretum ſiccāt, vbi verò concretum eſt,ac ſiccatum fuerit Hippacen' ipſum vocant:quod Gal. comprobauit exemplo muſti efferueſcentis allato; quamobrē cū Coctio cruditati aduerſam habeat naturā, eique contraponatur: cum ea permixtionem adigat in humores, hæc verò ſegregationem introducat,reliquum eſt inſinuare cruditatem ex ſeparatione exſurgere; eas namque excrementitias humiditates, quas imbellis fortè, ac impotēs natura debellare nequiuit,eas inquā in corporis ſpacioſitate ſtagnantes, cruda excrementa nuncupare non hæſitarim;quæ ſi naturam habuerint victricem,vnà que ſuperſtitē,

eas

Digitized by Google

eas coctionem adeptas eſſe ratus fuerim:ſic enim pus in phlegmone coctionem nanciſcitur pari pacto catharrus coryza, vel fluxiones ab oculis prolabentes,ſic etiàm flaua bilis, quæ cruda,acris eſt,ac malè olens; cocta autem,& pallidior, & minimũ malè olens: quod Hipp. confirmare decreuit lib.de alimento tex.1.dũ ſic ſermonem intexere incipit: Aſſimilat autẽ pro viribus, quum id quod ſuperingeritur ſuperatur: iduerò quod priùs ineſt ſuperat: En ergò cruditas emergit quotieſcunque natura victa comperitur,& neque permixtionem adire valet,neque humores exſuperare,neque ſegregatas humiditates vnire;quod loco cit.etiã manifeſtare viſus eſt ſenex inquiens:exile autem fit aliquandò quidem priùs in tempore diſſolutum,aut inſupèr appoſitum:ly enim diſſolutum mixti diſſolutionem,& conſequentèr ſegregationem dicere autumarim;quare ſi illi humori coctionis notam tribuiſſe naturam aſſeuerabimus, qui eiuſdem naturæ victoriam fuerit conſequutus; ei cruditatis inſigne eandem naturam inſculpſiſſe dicemus,qui nullam ab eadem actionem receptarit, ſed eidem victorem ſe ſe præbuerit,nec vllam permixtionẽ comparарit,ſed ſui voti, ſuæque poteſtatis factus,reliquarum humiditatum, aut qualitatũ

explo-

exploſerit commercium. Inſurgat ergò ſenex ac meritò coctionem prædicet eſſe, ac fieri ex permixtione, temperaturaque mutua, & quaſi coctura; dum cruditatem in ſegregatione repoſuimus, coctionem verò in permixtione ſtatuimus.

Digitized by Google

QVAS CONDITIONES habeat materia coctilis, & quas habeat incoctilis, & de loco vbi ſit cruditas Cap. II.

SVperiori capite coctionis, cruditatiſque ideam pro viribus explanare contendimus, eamque ſecundum Hippocratis decretum permixtione fieri decreuimus; cruditatem verò ſeparatione exſurgere inſinuauimus. Nunc autem illud aggredior enucleãdum quænam ſcilicet cruditatem redolentia coctionem ſubire valeant, quęue eiuſdem imperio ſubeſſe renuant; ſeù (vt vno verbo dicam) quæ ſint coctilia, quæue incoctilia exiſtant; cum Galenus hoc ſaxum reuoluendum propoſuerit 2. aphoris. 17. dum de vino aceſcente exemplum noſtris oculis perpendendũ obijcit, illudque miro quodam modo diſſoluit inquiens, vinum ſanè dum aciditatis formam adipiſci exorditur, ad priſtinum ſanè poſſe redigi tonum; ſecùs autem dum omnimodam aciditatis formam nactum eſſe comperitur, tũc

enim

enim temporis ad antiquum ſuum tonum iterum commeare poſſe negauit; quod idem in putredine, ſeù ſeparatione contingere cernimus; in quibus duo deprehendere poſſumus; vnum quidem eſt initium, & via huius mutationis, alterum verò ipſius mutationis terminus; quamobrem cum huiuſmodi mutatio in fieri eſſe innoteſcit, tũc ſanè à præternaturali ſtatu, ad naturalem tonum regreſſum dari non eſt abſonum aſſeuerare; at verò cum iàm iam ad terminum aduentarit, impoſſibilem eſſe huiuſmodi regreſſum autumarim; neque enim ars valet id quod in corruptionem abijt emendare, ità vt priorem bonitatem experiri vnquàm poſſit, neque etiam natura aut ex ſe ipſa, aut artis beneficio adiuta id vnquàm præſtabit.

Certum quippè eſt cruditates bifariàm fieri rebelles, coctioniq; eoſdem humores haud parere, primo quidèm defectu, aut rei coquẽtis iactura; ſecundò verò rei coctibilis reſiſtẽtia, & ametria; quodcunque enim ex his præualuerit, ac nimis exceſſerit vel in quantitate, qualitate, ſubſtantia, & ſimilibus, coctionem refugere neceſſum eſt: inter agens enim, & paſſum, proportionem intercidere debere penſitãdum, vt dixerat Phyloſophus; cum enim vel

actiuitas agentis à nimia paſſi reſiſtentia obtundi videtur, nulla emergit actio; quemadmodum cum agentis actiuitas multò minor actiuitate paſſi eſſe cognoſcitur. qua de cauſſa aliquid incoctile redditur ex crudorum conditione paſſum ipſum configurãtium,& incrudantium agentis naturam redolentium.

Ex parte enim incrudantium videtur calor emergere, qui vel diminutus, imbecillis, ac marcidus eſſe comperitur, vel pluſquàm par eſt excreſcens, adauctuſque ſupra natiuam craſim,ſeù temperiem;ab imminuto namque calore acida cruditas in cibarijs, aut ei perſimilis in reliquis officinis ad ſummum prodit, ab adaucto verò,& ſquallido, nidoroſa proſilit in ijſdem cibarijs,& ſummè corrupta in reliquis,vt inferius ſum explanaturus.

Cæterùm ex crudorum parte triplex cruditatũ ſors emanat; quarum vt prima illa res videtur exſurgere,quæ è ſua natura incoctibilis extat,aut quantitate,aut modo ſubſtantię. Secunda verò eſt, dum humor adauctũ calorẽ ſibi vendicauit,proindèque coctionem reſpuere paritèr cernitur. Tertia denique eſſe iam comparet, dum humor ea frigiditate affluit,vt coctionis omnem explodat actum:cruda namque indigitamus, nedum quæ coctio-

nem

nem haudquaquã ſunt adepta, ſed quę licèt experiãtur, ea tamen quoniam coctioni penitùs rebellia intuemur, illam reſpuere prorſus cernuntur, cum nullũ a coquente beneficiũ ſuſceptent; quamuis id aliquandò, vt inſinuàuimus, non aliundè promanet, quàm ob coquentis pauperiem, ſiquidèm quamuis calor vt naturale agens, non ocietur, ſed agat perpetuò, quoniàm tamen multò vberior, maiorque paſſi elucefcit poteſtas, quàm coquentis, ſeù agentis actiuitas; propterea nulla proſilit actio, nullaque coctio emergit. non enim denegarim naturale agens pro viribus in paſſum non exerere actionem, vt illudmet ſi aſſequi poſſit, aſſimilet; ea tamen actio irrita manet, cũ in paſſo ineptitudinem, ſeù ametriam comperiat; illudque agere deſtinatam mætam attingere haud'valeat; cum ab eodem prorſus deuiet, atque degeneret; ibi enim adæquata crudorum, & coquentium poteſtas adinuenitur; eo quia crudæ materiæ impenſè nimis exuberent, vt à calore euinci, edomarique nequeãt; ſicque quamuis calor validus, vegetuſque exiſtat, multa tamen materia renuit, ac inſimul' obſtat; atque ità incoctilis naturæ ideam ſapit: quod contemplans Galenus in aphoriſ. hæc ait: vt coctiones citiùs eueniant, meliùs

eſt

eſt circa principia euacuare, quò minorem iam factam materiã, faciliùs poſſit natura concoquere: qui enim contingere vnquam poteſt, vt nimia humiditatũ moles calorẽ non obruat; cũ maioris quantitatis exiſtat atque ſubſtantiæ, & conſequentèr maiori referatur actiuitate?

Prætereà ea quæ deleteria qualitate præpollent, quomodò continget, vt naturæ gratiã amplexari queant amplius, cũ toto genere prę ternaturam exiſtant, atque excrementitiarũ materièrũ naturam ſapiant. ſique coctio ſecũdũ Galenum 6. epid. 6. nil aliud eſt, quàm naturæ quædam adæquatio, ſeu ad mediocritatẽ reductio, quomodo in materijs excrementitijs coctionem venabimur, cũ mobile in hac mutatione quod eſt crudũ: nullã obtineat diſpoſitionẽ; quamuis mouens, calor nẽpè naturalis, multa vi præditum eluceat.

An fortaſſis in æruginoſis materijs coctionẽ inueſtigabimus? an in porraceis, praſſinis, nigris, cænoſis, liuidis, cruẽtis, & ſimilibus eãdem expiſcari tentabimus. non herclè: quia naturæ ſunt efferæ, ac peruicaci, victricique potentia pollent; cum à naturali calore edomari non permittant, neque aſſimilari velint, nedũ ſecundũ qualitates, verũ neque ſecundũ ſub-

ſubſtantiã.cũ putredo ſubſtantiæ,& qualitatũ ab alieno calore corruptio nuncupetur; ideòque Galenus 2. meth. cap. 8. ſic eloquutus eſt: ergò id quod corruptum eſt, id alienũ à natura eſt, quod tale eſt, id ſe auferendum natura dictat: & aliàs dixiſſe non erat immemor: Putridorum medela eſt euacuatio, ſemiputridorum verò concoctio: quicquid enim ſũmũ putredinis gradũ nactũ eſſe comperitur, omnẽ coctionẽ reſpuit, cũ à calore euinci prorſus nequeat; ea namque quæ in putredinẽ abiere omninò naturæ diſſimilia redduntur, ac per conſequens à natura inedomabilia. Coctio enim eã tantũmodò putredinẽ deſtruit, atque demolitur, quæ videlicèt extat in fieri, non autèm factum eſſe cognoſcit;

Præterea (vt ſuperiùs diximus) quæ nimia humorũ ſarcina naturã obruunt, oppримuntq. eadẽ incoctibilia eſſe dixerim, ea tamen habita animaduerſione, vt perpẽdamus eandẽ humorũ molẽ, vel ſimplicitèr ſanè, vel ad vires circumuolutis oculis, ſicut quæ ſubſtantia craſſiora ſunt, aut qualitate aliqua exuberant coctionẽ à ſemetipſis arcent, atque ſeiungũt. cũ à calore euinci, corrigi, ac ad ſimilitudinẽ adigi nõ poſſint; ſiue id ad calorẽ; humiditatẽ, frigiditatẽ, ac ſiccitatẽ redigere peruelis; tũc

enim

enim,vt ſuperiùs dixi ſi potiſſimũ deleteria polleãt qualitate,coctioni, atque calori quã-tũuis vegeto, validoque quaſi poſito offenſaculo obſiſtit, atque repugnat, & incoctibilis humoris naturam induit.

Quam profectò cruditatẽ in humoribus ijs cõperiemus,qui aliundè ad ventriculũ præcipites,accurrũt, ac trãsfluũt. Nũquid enim in pituita vitrea coctionẽ ſperabimus? an'in putridis humoribus eandem natura plaſmabit? cũ in omnibus huiuſmodi materijs incoctibilitas emergat,aut quia impẽſo calore ditantur, aut frigiditate nimia luxuriant;aut demũ quia ſubſtantiæ corruptela fædantur:quod paritèr in materiis prauis,atque cacondeis contẽplamur,quæ cũ putredinis excellentẽ notam inſculptam habeant,ac rebellem materierum cõditionẽ obtineant, nequeunt ſanè pepaſmũ ſibi vendicare, ob efferam naturam, sũmamq; dyſcraſiam,& putrilaginem, ſeù corruptionẽ. quæ enim adeò, & taliter humiditate affluxerint,vt naturalis caloris actionẽ omnimodè reſpuant,ab eoque eam ſuſcipere diſpoſitionẽ nequeant,qua viuenti vtilia fiant,in ijs coctionẽ cęlebrari eſt admodũ arduũ;Humidũ enim tunc tẽporis ad meliorẽ diſpoſitionẽ adactũ eſſe non cõparet; quæ ſanè habilitas,ſiuè diſ-

poſi-

poſitio nulla alia eſſe iam cernitur, quam eiuſdem humidi quædam conſtantia: quia cum ſuperfluæ humiditatis partes fuerint abolitæ, eæque etiam euolarint, atque illud humidũ quandam nactus fuerit conſiſtentiam, qua viuenti ſanè reddatur vtile, coctũ nũcupatur. humidũ enim tunc tẽporis nimiæ eius inconſtantiæ, immodicæque humiditati fines impoſuit, eique quaſi cancellos perbellè præfixit: vndè, & conſtans remanet, nimias humiditates abolẽdo. quamobrẽ cauſſa materiali, qualitaribus nẽpè paſſiuis impensè ſatis exuberantibus, cauſſa formalis, calor nẽpè natiuus ſuam exerere actionẽ nequit, proindeque incoctio(omotes)ſubſultat, ſeù (apepſya, pepaſmo) ſanè ſatis cõtradicens atq; repugnans.

Hic tamen obiter adnotandum, me vtique haudquaquam verba contexere de ea coctionis ſorte, quæ in alimento ſtabulatur, quam Græci (pepſim) nuncupant; ſed de ea tantummodò quæ in excrementitia materia ſubſultat, in eamque ſuam exerit vim, ac poteſtatem; illamque græca lingua (pepaſmum) appellant, quamuis gnarus vtique ſim coctionis nomen ex Phyloſophi priſco dogmate trifariã ſanè depromi, pro maturatione videlicèt (pepanſi) indigitata, cui (omotes) correpugnare

gnare propalat;pro elixatione, quæ (epſeſis) conuocatur,cui (molynſis) contraponi dicebat,& denique pro aſſatione quæ (optæſis) vocitatur,cui quoque (ſtateuſis) aduerſatur hic tamen de ſolo pepaſmo mihi in animum induxi conglomerare verba; cum pepaſmus excrementitiarum materierum,earumuè quæ præter naturam eſſe cernuntur coctio eſſe eluceſcat. excrementi autem nomine hic præternaturale excrementum intendimus, quod in partibus adulterata, coct. ác vitiata exſurgit,vnàque accreſcit;illudq́ paritèr eadē diminuta, aut ablata, citrà vllam profectò optimi ſecretionem ab eo quod malum exiſtit enaſcitur,atque progignitur:ideòque huiuſmodi excrementum à naturali diſſidet, cum naturale ex vera nutritione reſultet,qua ſanè quod optimum eſt,ab inutili, & excrementitio ſegregatur. proindeque pepſis à pepaſmo ea ratione diſſidet, cum illa ductus ſit eius quod coquitur, in ſubſtantiam eius quod coquit; atq; ita pepſis aſſimilando perficitur,pepaſmus autem alterando conſurgit.

Cuius alterationis triplex nobis pot eſt ſermo proſilire ſecundum Galenū; alia namque eſt in qua perfecta plaſmatur aſſimilatio, tum ſecundum ſubſtantiam, tùm etiam ſecundùm

qua-

qualitates, eaque duntaxat ad nutritionem tanquam ad ſuam mætam dirigi videtur, ad eamque præceps accurrere. Secunda eſt in qua ꝑ qualitates ſimilis effingitur, atque formatur, diſſimilitudo tamen in ſubſtantia non expũgitur, neque diuellitur, ſed firma ſanè moratur; quam quidem Galenus non rarò coctionem indigitat, ob eã videlicet partẽ, in qua aſſimilatio peragitu r; aliquandò verò putredinẽ vocitat, ob ſubſtãtiã quæ inutilis remanet. quò fit vt meritò ingeminarit Galen. lib. art. Med. c. 8. coctio ẽ quę facit ceſſare putred. manẽte ſubſtãtia. Tert. deniq̃ alteratio illa eſſe ſecundũ Galenũ videtur, quæ licèt ſuam poteſtatẽ expęriatur, nullam tamèn ob id alterationẽ plaſmat atq̃ molitur, ob paſſi irreceptibilẽ actũ; & de hac nunc temporis loqui pręſumo; quæ ſanè alteratio eatenus in humoribus irrita exiſtit, quatenùs ſcilicet ſunt è ſua natura incoctibiles, inedomabiles, ac efferæ naturæ; idque ex eo pronaſcitur, quià aut nimia mole referuntur, & multi eſſe vidẽtur, aut quia nimia craſſitie luxuriant, aut quià in omnimodam putrilaginẽ, & cacohetiam abiere, & illa alteratio putrefactionis nomine appellanda eſt, quæ ad corruptionẽ omninò tẽdit, diſſimulitudine intermedia, eaque cruditas

tas nuncupatur:coctio ſiquidē aſſimilatio eſt, ſeù rei quæ coquitur ſimilitudo;ſecùs autē in putredine contingit,in qua diuerſitas ineſſe comperitur tùm ſecundū ſubſtantiam, tùm ſecundū qualitates; qua ſanè diſſimilitudine diſiunctio cælebratur humidi à ſicco, eaque diſgregatione iam præſtita,paſſiuarum ſcilicet qualitatū coctio emanare non valet;cū natura diſiūctas partes ampliùs nequeat congregare: quod eſſe coctionis munus palàm fæcerat ſenex lib.de vet.med;noſque ſuperiori capite propalauimus. ſicque huiuſmodi cruditas in ſuo conſiſtit robore, neque calori dat manus ſed potiùs ſe ſe eidem rebellem cōmonſtrat.

Hęcque cruditas varias corporis partes,diuerſaque viſcera pro ſui origine vendicat, vt ventriculū,iecur,ac venoſum denique genus. triplex namque in animalibus coctio peragitur;quarū primam ventriculus agnoſcit, qui ſanè iam ingeſta cibaria in chylum cōmutare iam cernitur. Alteram venæ;Iecurque dignoſcunt, vbi chylus ſanguinis formam perbelle nanciſcitur.Tertiam demū ſingulę noſtri corporis partes exequuntur. & vt à ventriculo exordiar; ille aut ex ſuperadiuncto intemperamento,aut ex primigenij, aut innati caloris mutatione (cui incumbit media coctione ali-

men

mentũ, aut quemuis aliũ cõmiſsũ ſuccum ſibi aſſimilare) humores incrudat;dũ vel ad calorẽ,vel frigiditatem,vel humiditatem denique & ſiccitatem impensè nimis inclinat. venter enim ſi nimioperè incaleſcat, nidoroſam fieri cruditatem nemo eſt qui ambigat. ſi refrigeratione,ſeù frigiditate præualeat,acidam, vbi ad sũmũ deuenerint;licèt interim vel crudum ſupereſſe poſſit alimentũ,vel liquidum; ſed non perfectũ,vel alio denique vitio labefactatum,ex acquiſita nempè vitioſa humiditate,aut ſiccitate nocua, vt colligitur ex Gal. lib.de cur.mor.c.de ven.crud. At dũ caliditas aut frigid.sũmũ ferè exceſſũ cõpararint,ità vt innatus calor ex primigeniæ humiditatis conſumptione elangueat,& cõtabeſcat:extinguatur, aut vitietur,aliæ ſuccreſcunt cruditatum ſortes;vel enim alimentũ manet,quale ingeſtũ eſt,vel in corruptionem , & putrilaginem cõmigrat,vt infrà videbimus.

Sic etiam Iecur vel incaleſcit,ac nimio feruore exęſtuat,ſicque vrit, aduè bilis naturam omnes adigit humores;vel frigiditatẽ experitur,& pituitoſarum materierũ cõgeriem, atq; prouentũ accumulat;aut humectatur,& feroſiores cræat;vel ex nimia ſiccitate ſinceros citrà innatam humiditatẽ incrudat,diſſimileſq; reddit

reddit. ſic dū innatum calorē offenſam in ipſo hepate ſubſtineri cōtingit, ſanguinis loco vel aquam, vel flatū fieri euidentiſſimum eſt cruditatū, & incrudantium teſtimonium; quare ob primum cauſſæ modum, non vnius ſortis cruditates emergunt, verum pro ratione aut qualitatis, aut excedentis temperamenti ſubſultant, in eoque pari ratione incrudātur humores, ex vno comparato calore, quo bilis, ſāguis, pituita, & melancholia incaleſcunt; vel ſi intenſiori calidate participent; incandeſcūt, vnàque ebulliunt, & vruntur; & in vitellinam non raro bilem degenerant, quod Galenus 2. de natural. facult. volens nobis inſinuare ſic fari cæpit, dum de bile conglomerabat verba. Naturalis quod in nutrimento aſſum, ac veluti vſtum, calidiſſimumque ac dulciſſimum eſt, id flaua bilis eſt, nempè tenue quid, humidū, & fluidum, non quale cū ad vltimum eſt exuſtum, flauum, igneum, & craſſum, vitellis ouorum ſimile, hoc namque præternaturam eſt, alterum verò ſecundum naturam: idemq; de ijs proferendum eſt, quæ in praſſinam, æruginoſam, & nigram deſinunt bilem; hacque de cauſſa pituita forſan in vidiſciorem, & craſſiorē, aut tenuiorem, ſi liquefactiuus ſit calor commigrabit, pituitæ enim perindè atque ali-

orū

rum humorum vt genus quoddam vtile,naturaleque in animalibus eſt,præſertimque in homine;ſic genus aliud quoddam inutile, ac præternaturam; quod enim pituitæ dulce eſt, & in venis cum ſanguine fertur,id animali ſalubritatem ſpondet, atque promittit; acidum verò omninò crudum eſt, ſicuti ſalſum vel ex putredine,vel ex ſalſę ſeroſæ humiditatis admixtione ortũ habet,vel terreſtrium partium atque aduſtarum etiam amaritudine infectarum cum ipſa pituita miſcelam:vt ex profeſſo voluit Auic. nec ſolum hęc duo pituitæ genera præternaturam veniunt ſtatuenda,ſed plurima quoque alia inuenire etiam eſt; nempè valdè tenue,& aquoſum,tum aliud quoddam craſſum;& lentum;tenue quidèm vt in hydropicis inſpectamus;qui è ſua natura ob aquoſitatem,ac nimiam tenuitatem incoctibiles extant. ſic etiàm ichores eandem incoctibilitatis formam inducere videntur,quemadmodum & illud pituitæ genus,quod cum liquato vitro ſeruat analogiam, ob idque vitreum humorē iurè indigitauit Praxagoras: quæ ſanè omnia humorum genera ſuapte natura coctionem reijciunt; ſicque etiam omnes huiuſmodi humorum ſortes frigiditate innaſcuntur, incrudantur vnàque concræſcunt, & craſſitie præ-

ternaturali, aut ſiccitate craſſi, terreſtriores, & immobiles exſurgunt; exque humiditate putredini aptiores, & marcidi exiliunt.

Cæterùm ſi innatus venarum calor tantopere emarceſcat, quod ſibi commiſſos ſuccos coctioni deſtinare ſit impotens, eoſque aſſimilare non valeat, mille cruditatum ſortes erūpere inſpectabis; quæ in tubercula, ſcabiem, fluxiones, & alia mala corriuant. coniectabile etenim eſt huic venoſo generi elargitum eſſe, nedùm ſibi alimentū aſſimilare, verum, & omne excrementum, omnemque cruditatem, ac putreſcētem ſuccum coctione innectere, corrigere, atque frænare; quod ſi omninò ſimiltudinem non adigat, ad benignum tamen deferre ſit animus; proptereàque venoſum quoque genus coctionem moliri ſit palam, cruditatēque inuehere innoteſcit; ideoque Galenus ſic 2. de natural. facult. cap. 9. iure inſonuerat. Perfectam cruditatem pituitæ intelligere oportet in ſecunda coctione ſcilicet in venis, nō autem in ea quæ prima eſt, quæuè in ventriculo perficitur; & aliàs nimirum 4. de ſanit. tuen. eadem ratione ſe habent, & quæ in ventre malè ſunt confecta ad ſecundam coctionē quæ agitur in venis: verū quoniàm de hac materia diſertiſſimè diſſeruit doctiſſimus Laurē-

tius

tius Ioubertus 4.paradox.decade prima propterеà ne vltra ſim, omnia hæc decreui ſilentij imperio deſtinare. Cum ergò ſuperiùs complanarim,triplici ſedi coctionem præfixiſſe naturam;ventriculo nempè,iecori,ſeù venis, & demũ ſingulis vniuerſi corporis partibus; ideò ex omnibus huiuſmodi artubus,ſeù viſceribus cruditatũ illuuies exilire credendũ; hęcque ſint ſatis pro hoc capite diſquirendo

Digitized by Google

Quid importet nomen Turgentiæ ſecūdum Hippocr. & quænam ſit differentia intèr Galenicam, & Hippocraticam Cap. III.

ANtequam ad arenam deſcendamus, ſatiùs eſſe mihi ſuaſum habui, omnia ea enucleare, quæ ſanè aliquam nobis poſſunt charybdim opponere; ne ſubindè incāmet impingentes, non leue nobis quaſi ſaxum dimouendū fiat obuium. proindeque antequàm vlterius me inſinuē, arduus ſe ſe offert labyrinthus, ac inextricabiles turgentiæ anphractus circumuoluēdos proponit, cū diuinus ſenex illo aphoriſmo: concocta medicari, atque mouere, non cruda, neque in principijs, modò non turgeant, plurimum verò nō turgent: vaſtam turgentię molem complanandam obiecerit; eaque maximam ſanè differentiā, maximūque diſſidium intèr Medicę facultatis Principes ſibi vendicauit. Galenus ſiquidem tunc temporis turgentiam adeſſe noſtris auribus inſonuit, cùm videlicèt humores vehemēti motione quaſſantur, agitantur,

ac ab vno in alium locum confluunt,atque transmigrant;vndè dolores,ac titillationes ingenerant,ægrumue aliqua quiete potiri penitùs abnuunt;indeq. de Turgentia ſermonem contexens ſic fatur: hoc eſt niſi motus ad excretionem nos adducat, qui nondum firmam aliquam inclinationem, ac ſtationem ad vnã partem habeat: ex quibus Galeni verbis fit nobis clarum,ad turgentiam adumbrandam indifferẽtem exigi motũ, eamque humoribus præfigendam;tanquàm ſanè humores ſint illi qui turgentia pollent, neque naturæ exigant impulſum,ly enim turgere, ſeù,organ'de animalibus propriè dici aſſeuerat, quæ ad coitũ concitantur.

Sed vt ingenuè propalẽ quod ſentio, probabilior mihi eluceſcit ſententia eorũ qui ſcilicèt nobis inſonant ly turgere non humoribus ſanè,verum potiùs naturæ competere;qui enim fieri poteſt, vt ad inuicèm humores ſua ſponte ad motum erumpant,à nulla facultate compulſi; cum ijſdem neque cupido; nec ſenſus,nec vlla ſe ipſos exciendi inſit potentia; ſtatuendum ergo maiori iure iam venit,naturæ deberi turgentiam;illâque humoribus primam dare motionem, eandemque ijſdem impulſum ſuppetias ferre,ab illis tamèn vel quãtitate vel qualitate peccantibus exciſata; ſeù

vellicata: ſola enim natura eſſe comperitur, quæ appetitu pollet, ac cupidine inſignitur, humores remorandi, retinendi, vel eoſdem pariter euacuandi: haud'ſecùs quàm plantæ turgere videntur, dum quandam ingenerandi obtinent procliuitatem, progignendique fructus, ex materia quam hyeme ſuxerunt. vndè non ab re Theophraſtus lib. 1. de cauſſ. plantarum cap. 6. 14 plantas conuocauit turgentes; alibique vocem ingeminauit, (organ) non aliud ſibi velle, quam expellere; nihilque aliud indicare præſumpſit, quàm voluntatis actum ad humores propulſandos. iſtudque pariter innuere voluit ſenex lib. de fract. tex. 18. vnde Galenus anſam deprompſit aiendi: quod ſi glyſcere quoque videatur, quod (organ) vocat, ad excretionem feſtinare, atque incitari pars quæ laborat, tunc pro certo id haberi poteſt: quod etiàm Galenus 4. aphoriſ. 10. repetiſſe viſus eſt aiens: Dictum etiàm, & à me prius, quod verbum, turgere, Hippocrates tranſtulit ab animalibus quæ ad coitũ properant, cum naturali quadam concupiſcentia moueantur ad ſeminis excretionem: quibus verbis videtur ly turgere naturæ: non autèm humoribus deſtinaſſe; non enim ſemen concupi-

cupiſcibilem facultatem poſſidet, vt ſe excretioni dicare valeat; verùm vellicando, ac partes titillando in quibus ſtabulatur, naturam ad ſui expulſionem vtique excit. Illa ergò eſt quæ humoribus motum præbet, aduè aliquã ex præcipuis partibus eoſdem propellit: idque maximo ſanè conſilio, ac ratione repangit; natura enim ità erudita eſt, aiebat Galenus, vt maxima ſine Doctore nouerit; vt non'immeritò Hippocrates in epid. inſonuerit, naturas eſſe morborum medicatrices, Medicum verò miniſtrum. an'forſan'ergò Medicus poterit è corporis ergaſtulo aliquid deijcere, abſque præcipuo Naturæ adminiculo.? an'aliquid intendet, præter eiuſdem cupidinem? non Aedepol': cum natura repugnante omnia irrita prædicarit Hippocrates lib. de lege tex. 2. cõprobaueritque Celſus lib. 3. cap. 1. per illa verba: in'nullo quidem morbo minus fortuna ſibi vendicare, quàm ars poteſt: vt potè cum repugnante natura, nihil Medicina proficiat. quamobrem dementis eſt autumare humores poſſe ex ſe ſe ipſis turgere, nulla naturæ fortaſſis habita ope, nulloque habito impulſu.

Cæterùm miror ſanè; ſtuporeue præhendor dùm naturam volumus à turgentia expungere, quæ namque eſt illa, quæ in morbis audax inſur-

inſurgit, ſubſultat,ac ad profligandum hoſtẽ ſe accingit, ac munit; inque medendo primas obtinet partes? negabimusne hoc munus eidem naturæ? perperàm ſanè: contemplamini ſenem amabò naturæ præconia optimè ſanè pandentem,lib.de Arte tex.20.per hæc verba: Hæc enim malum ſentiens (natura videlicèt) mederi magnoperè geſtit,conſiderans tamen ne temeritate magis, quàm conſilio, & vt facultate magis,quàm violentia medeatur:proindèque ab eadem normam expingentes; & quò maximè natura vergit, eò nos quoq. ducere cõuenit;cum natura ſtimulata, & impulſa,monſtret peritis in Arte quid ſit agendum, vt Hippocrates quoque inſinuauit lib.cit.tex. 22.& quamuis ſanè humores ſint ij,qui per vniuerſam corporis molem diuagantur,ineptũ eſt ſanè, ac ſtultum aſſeuerare eoſdem ſine naturę ope dimoueri. Si namque hoc contingeret;in emortua facultate, quinimò,& in ipſis cadaueribus huiuſcemodi humorum emotio proſiliret , quod nunquàm vtique comperimus; modò ex marceſcentibus, ac laxatis partibus id non contingat: quia cum natura tunc temporis,ſeù robur partis elanguerit,ac emortuũ eluceſcat;proindèq. retẽtrice nó perſtiterit potẽtia,humores relabuntur,atque vel ſane-

ſane os adeũt,vel nares petũt,affectãtque, vel ꝑ aliam partem exitum ſibi parant. vndè non raró inſpectamus in exanimatis corporibus, cadaueribus inquàm,vel è naribus ſanguinẽ fluitare,vel per os humores eiectari, vel denique in bullas redactam pituitam murmure non leui inſonantem exilire atque manare; detur ergò maiori iure naturæ turgentia, expungatur humoribus.

Cęterum quod mihi fortaſſis ingeminat pericula,implacabilemue obijcit charybdim,illud vnum eſt; quomodo videlicèt iſte motus intelligendus exurgat; & an ſcilicèt ſit indifferens ille motus toties à Galeno decantatus;an verò aliquis alius pullulare comperiatur, ab Hippocratis doctrina exiliens.ſed exploſa longa verborum ſerie, vtque videar ingenuè meam promulgare ſententiam,ad Hippocratis turgentiam,non eum reor indifferentem exigi motum, quem pãgit Galenus;at ſat eſſe præſumo, ſi fautricem habeamus naturã, eaque procliuis alicui euacuationi exiſtat vel per nares,vel per os,& vomitum,vel denique per ſeceſſum patrandæ;ità ſcilicèt vt eadem nobis indicet natura, vel per narium foramina aliquot ſtillas exciendo, expulſionem per eandem partem velle plaſmare, vt contigit

Meto-

Digitized by Google

Metoni,vel per vomitum nauſeam promouẽs vel per ſeceſſum,aluum pandens,atque dimo-uens. vndè iure meritò quidèm Hyberiæ ful-gor Valleſius in comm. acut.non ſolùm tur-gere,animaduertit, materiam cùm hàc,& il-lac'eſt reciprocè acta,ſed vtcũque ſucci quie-ti non ſint, & ex parte in partem ferantur, præcipuè cum in ventrem irrepunt; nam quò vergit natura ſuccus per loca conferentia eò oportet ducere. indè ego ratus fuerim , pro turgentia vergentiam eſſe attendendam;& cũ natura in aliquam partem vergere,ſeù tende-re videtur,eidem propenſioni adminicularem manum porrigendam eſſe crediderim. Cæte-rùm fateor me inuito id proferre, quotiès nè miſerrimam naturam contemplamur id affe-ctãtem,ac diuerſimodas vias intentare, dum vel aluum citat,vel vomitus præbet inditium vel ſanguinis è naribus ſtillas excit, vel ali-quid aliud inceptat, ab iſtiſque euacuationi-bus ſeſe retrahit;aut quia impotens, aut quià grauata non audet, aut denique quia nimijs exundat humiditatibus; indeque facta quaſi ſupplex natura Medicorum implorat opem, eorum expoſcit auxilium, illorum demum exoptat manus, indicans ijſdem intentatis tã-tummodò deiectionibus ſe nimia eſſe ſarcina

one-

oneratam, proindeque medicas ad euacuationem cælebrandam, ad propulſandum hoſtem, eiuſdem animum flagrare commonſtrat; ſed proh dolor, neque ob id naturam omni viduatam ope ſubleuant; neque eiuſdem motũ proſequi cernuntur, ruſtico pauore expaueſcentes huiuſmodi motitationem, tanquàm ſymptomaticam, ignorantes fortè eãdem veræ turgentiæ ſimulachrum configurare.

Sed ſi quis ſenem 7.epidem.in hiſtoria Pythonis in Pela perpendat, conijciet hunc motum nonunquàm veram turgentiæ immaginem nobis repræſentare: Iſte enim cauſſo laborans, in quo vetitum ab Hippocrate habemus lib.de medicam.purg. tex.4. medicamẽtum iniungere, ob caumatis vaſtitatem; aut ſaltèm illud remorari præcepit vſque ad decimi quarti diei elapſum interſtitium, & tamen in Pythone accipimus pharmacum ante ſtatutos, præfixoſque fines imperaſſe; dum eũdem ait decimaquarta die fuiſſe iudicatum cum anteà ſe eorum quiddam dediſſe promulgaſſet, quæ ex cnico, & cucumere ſilueſtri, & meconio. A qua ſanè præſſura vt ſe ſe eximeret Valleſius in comm. sic fatur: ex his verò illud licet intelligere Hippocratem nomine turgentiæ, non ſolùm intelligere eam recipro-

cam à partibus in partem motitationem, quam Galenus interpræratur, ſed etiam vergentiam humoris in euacuationis vias,& precipuè in aluũ, qualis in quibuſdam ſignificatur hyppocondiorum murmure, in hoc alui intumeſcentia citò poſt eius deonerationem redeunte, ob talem enim ſuccorum vergentiã expurgare licet etiàm antè coctionem, (ſubditque) quia quæ ſpontè fluunt,facilè trahũtur,proindeque ſenem in hac hiſtoria comperimus pharmacũ imperaſſe ſubdens: Aluus dura per totum tempus; appoſito verò ex felle,multa egererat, & ſtatim remittebat, breui verò rurſum, aluus in tumorem eleuabatur; quæ ſanè ventris eleuatio,ſeù tumiditas videbatur materierum collapſum ad vias alui optimè præſagire,vnde hoc intuens ſenex medicamentum affatim iniũxit. Vergẽtia ergò ſecundum Hippocratis decretum videtur eſſe turgentiæ verum exemplar: quinimò (quod plùs eſt) aliquandò idem Hippoc. nedum pro iniungendo pharmaco huiuſmodi expectat vergentiam, verum quoque non raro ſolo murmure pacatur, illudque tanquàm optimum euacuationis nuncium ſuſceprat; proindeque 4.acut. præcepit eluceſcente murmure,euacuationi eſſe præbendam manum,aiẽs:

Tales

Tales autèm ſi purgare volueris,id antè diem quintum facito,ſi venter murmurarit: quod primo de morb. comprobare intendens ſic ſubdidit:At ſi os non afficiatur,verum in imũ ventrem tomen irruat, pharmacum deorſum purgans bibendum dato: quibus verbis innoteſcit Hippoc. ſub turgentiæ nomenclatione connumeraſſe tormen,nec id ab re factum arbitror; eatenùs enim incoctus humor pharmaco non deturbandus exilit, quatenùs ſcilicèt inobſequens eſt, fixus, pharmaciæque haud' vtiquæ cedens,quamobrem cum obtẽperans,vagus,ac errans eſſe comperietur,tunc profectò motus ille coctionis vicem geret; hocque ſibi voluit Galenus dum in aphoriſ. pro purgatione cælebranda mandauit,tenues humores eſſe incraſſandos,craſſos verò tenuandos,non alia ratione ductus,vt autumo,niſi vt quandam mediocrem conſiſtentiam nanciſcantur, qua media ad expulſionem reddãtur penitùs habiles;hocque coctionis munus eſſe crediderim: cum eadem ſit humidi ad quandam mediocritatem vera redactio quũ iſtam ergò (diateſim) ſeù diſpoſitionem conceperit humor,ad illum expellendum natura compellitur, miroue quodam modo turgere videtur;idque nobis vel murmure pandit,vel

aluum ciendo palàm facit, vel ſtillas mouendo commonſtrat, vel denique nauſeam excitando propalat. Quamobrem, & ſi incocti huiuſmodi eluceſcant humores, quia tamen apti, ac procliues euacuationi cernuntur, indeque turgere, ob id pharmaco propulſandi, natura enim expellente, medicamento verò attrahente rectam fieri euacuationem dictabat Galenus in aphoriſ.

Cæterum hìc inundans quaſi difficultatis fluctus aſſurgit, iſque è verbis noſtri diuini ſenis promptiſſimè exilit, dum ait: concocta medicari, atque mouere, non cruda, modò non turgeant, plurimum verò non turgent: quì enim fieri poteſt, vt turgentiæ nomenclatura propenſionem iſtam, ſeù vergentiam ſibi velit Hippoc. cùm milliès, quinimò, & infinitiès, hanc conijciamus motitationem; immò nullus ferè inſpectarur languens, in quo ſanè hoc non intueamur. At huiuſmodi nexus facillimè extricabitur, ſi ea quæ cap. 5. contexemus attento animo perlegantur, ibi enim aſſerimus tunc videlicèt humores eſſe è corporis mole purgandos, cum turgent, vel vrgent, vel concoctiles haud ſunt, vel denique non fixi, vt in inflammationibus intueri eſt; in quibus ſanè cũ cruda ſit affectio, eaque materia mor-

bum

bum pangens;cuidam determinatæ inhæreat parti,indè eſt vt hæc turgentia, ſeù motio,nō niſi coctione veniat expectanda. quæ tamèn turgentiæ ſpecies rarò quidèm comperitur, cum natura nequeat eandem aut eradicare, aut dimouere.quomodo namque eadem materia turgentiam ſibi vendicabit,ſi conculcata,affixa, atque inherens conijcitur? verum in humoribus erroneis,fugacibus, certamque ſedem non habentibus, ſæpius vtique elucet turgentia, proptereaque putarim ſenem in aphoriſ. illa promulgaſſe verba: rarò autem turgent. quod ſanè dogma viſus eſt comprobaſſe Galenus 4. aphoriſ. dum dixerat, cum igitùr ſuperabundantes humores mouentur, & per torum corpus deferuntur, nondùm in aliqua parte firmati,tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manū porrigente,& hunc humorum motum ad aluum deducente, eos verò qui aliqua in parte ſunt firmati humores,nō oportet mouere: (ſubditque) quicunque inflammationes in morborū principio medicamento conantur ſoluere,nihil de eo auferunt,quod intentum eſt, atque inflammatum, non enim paſſio vt quæ cruda ſit,cedit:quod Galenus ab Hippoc. depromſit 4. acut. hiſque verbis meum firmatur opi-

natum

natum. ij namque humores, qui mobiles ſunt, vnàque vagari cernuntur, ab initio ob turgẽtiam veniunt exturbandi; ſecùs autẽ in ijs qui cuidam determinatæ parti ſtagnare videntur, in ijs enim nũꝗ niſi turgidis eſt medicam. adhibendũ (coctione autèm turgentiam, ſeù mobilitatem comparant) indeque ijdem raró turgere comperiuntur, cum vagari nequeant, atque cuidam parti fortitèr adhæreant.

Quid nomine Vrgentiæ intelligi debeat. Cap. IV.

ADhùc gurgitis fines non'attigimus, vbi pauxillùm ſanè cóquieſcere poſſimus aliò nos impellit occaſionis ſuauis aura; quò dum exundantes fluctus tranando peruenire feſtino; miſerrimam quaſi meam mentis cymbulam in nouum ſcopulum impingere inopinatè cõtemplor; dum vrgentiam inſpecto nouum obicem interponere, ſuumque eſſe complanandum proponere: ne aliquis fortè in eandem met incidens, huius viæ penitùs ignarus, à nauigatione deſiſtat; propterea que in animum meum induxi, eius eſſentiam explanare, vt ſubindè omnibus remotis obicibus queam illęſus quæſtionũ quaſi mare traijcere.

Vrgentiæ ergo eſſentia illa eſſe omnibus innoteſcit, cum maxima morbi acuties, atque cauſſæ magnitudo exundare incæperat; huiuſque farinæ morbos Hipp. lib. de iudicat. tex. 2. per hæc verba connumerat: etenim placidiſſimę febres, & ſignis ſecuriſſimis contingentes quarto die deſinunt, aut prius, lethaliſſimę verò, & ſignis horrendiſſimis contingentes, quarto die aut priùs occidunt: Quamobrem in

eadem

eadem vrgentia ex triformi quaſi fonte à nobis haurienda venit,& primò ex affectæ partis primatu,atque præſtantia,exuè eiuſdem offēſa non leui proſilire comperitur;qua de cauſſa cordis,iecoris,ac cerebri vitia vrgentia appellitant omnes,vt etiam conſtat apud Hippocr. primo de morb.ſic quoque ex ſymptomatum innaſcētium magnitudine,atque ſæuitie,quæ morbi cacohetiam haud'dubiè pandunt, atque declarant, eadem vrgentia in medium prodit. Hæc enim omnia ſeorſim ,ſeù per ſingula maximum quidèm diſcrimen minari cernuntur, implicata verò, breui funeſtam calamitatem inferre videntur;ſicut etiam illos paritèr morbos vrgere proferimus, qui ſtatim atque enanſcuntur,è ſui natura maximè dubij exiſtunt, ac magni; vt pleuritis,peripneumonia &c. vndè non immeritò ex trimembri hac cauſſarum ſerie Galenus triplicem agnouit modum pro auguranda morborum acutie, illoſque acutie inſigniuit idem auctor, qui vel ſecundum ſuam naturam tales cernūtur,(vt diximus) vel principem obledunt partem, vel denique cacohetiæ,verū ſimulacrum effigiant.

Qua de cauſſa urgentes morbos inſpectans Hippocr.3. de mor. tex.2.ac intèr illos Angi-

nam

nam reponens protinus, vrgentiæ gratia ad venas ſub mamma, & ſub lingua exiſtentes pertundendas accedit, ac ſubinde ſtatī quoq. cubitum cædit: Neque præpoſterum ordinem ſeruare iam curat, eundem morbum adeò furientem perpendens, vt regularitèr incedere abſonum reputet; vrgens namque eſt admodum affectus; propterea que de eodem verba faciens lib. prognoſt. tex. 23. dixerat: Anginæ horrendiſſimæ ſunt, quæ neque in faucibus, neque in collo quicquam cōſpicuum faciunt, ſed dolorē plurimum exhibent, & erecta ceruice ſpirationem inducunt; hæ enim eadem die, & ſecunda, & tertia occidunt: An ergò in huius cenſus morbifico pathemate reuulſionem priùs moliemur, mox deriuatione vtemur, & tandem euacuationem pangemus? non ſanè: ideòque dixerat idem auctor in epidem: Deriuare, reuellere cædentem, renitentem cædere: in ijs namque morbis qui celeritatem non augurantur; omnibus hiſce propoſitis euacuationibus regularitèr vtemur; at in his qui inducias omnimodè nobis denegāt, ad euacuationem feſtinantèr, ac maiora medicamenta aduentare curabimus: quamuis in Hippoc. doctrina, in doloribus ſempèr ſit proximus venter ſecandus, ſed de hoc aliàs Deo

H dante

dãte in meis epiſtolis pertractabo;vndè Alex. Trallianus cap. de Angina in eadem vrgentiã agnoſcens eadem die,ſanguinem ex cubito,& ex lingua mittendum curauit, atque inſimul ſcammeniæ lacrimã iniũxiſſe eundem accipimus:vt non immeritò dixerit Galenus 5.meth. minimè à paruis incipiendum auxilijs eſt, in quibus morbis maximum impendet periculũ, at in leuioribus licet quidèm leuiora experiri remedia; multa enĩ in præcipiti periculo rectè fiunt,aliàs omittenda, vt elegantiſſimè cæcinit Celſus.

Quamobrem in eo morbo qui cælerem ad mortem viam affectat,feſtinantèr, cælerique medicamenrø incedendum eſt, ne ſubindè omiſſo principio in deſperationem adigamus ęgrum:quis enim quæsò cunctabit ſæua aliqua adſtante pleuritide,aut aliqua apoplexia prçſente, alioque huius farinę morbo remorari remedia coctionisque omen expectare?cum nullum interſtitium; nullaque mora à morbo tàm diro tàmque cæleri promittatur,ideòque in Apoplexijs, nullo viſo coctionis ſimulacro, cordati auctores protinùs expurgant, ne protrahentes ſubindè pharmacum,miſerrimo lãguenti exitium turpitèr accerſant.

Cum ergò grauis, vrgenſque ſalit affectus, affa-

affatim vrgentiæ cauſſa,nulla interpoſita mora radicitùs extirpandus;alitèr enim breui tẽporis interſtitio ſuperſtite morbo factoin mortem irruet miſerè languens; proindèque crediderim naturæ genium Hippoc. 4. acut. ea excuſaſſe peccata,quę ab initio patrantur, ſicut ea quæ extrà illud plaſmari cernuntur, damnaſſe comperimus; nam vt aiebat Celſus lib.3.cap 1.de principio verba conglomerans: ibi,& deliberationi,& mutationi remediorum tempus patet,adeò vt raro, ſi intèr initia Medicus acceſſit, obſequens æger abſque illius vitio pereat: vitium ſanè vocitarim cum in morbis vrgentibus, atque inducias denegantibus lento incedimus pede,ab omni namque arte alienam eſſe dilationem dixerat Hippoc. in epiſt. maximè autèm à Medicina, in qua dilatio eſt animę periculum:idcircò huius normæ inoblitus ſenex,paſſim comperimus eundẽ omnibus vehementiam redolentibus morbis ab initio ſanè medicamenta ſuppeditaſſe, ità legimus 4. acut. eundem in febre ardente quarta die iniũxiſſe pharmacum,ità comperimus apoplectico vnctori qui erat apud Harpalidem 7.epid. pharmacum paritèr imperaſſe; ità inſpectamus in pleuritide,peripneumonia,Angina,& alijs congeneribus morbis; ſta-

tim, primis diebus cõmendaſſe deiectoria medicamẽta; quid enim ſtultius eſſe poterit, quã vbi inſpexeris multis humoribus præmi vires, & inæquales apparent pulſus, diutiùs velle differre curationem, & periclitantibus viribus verba dare, donèc oneri ſuccumbentes concidant?

Neq. etiàm in complicatis affectibus morbo danda nonunquã inducia, ſed eadem deneganda; nam quotiès nè primo derelicto pathemate vrgentius reſpectamus; teſtentur id nobis præ reliquis hemorragiæ, quæ cum nonumquam nimis profuſè exiliant, viriumque diſpendium excitare cernantur, indeque ſymptomaticæ reputentur, derelicto tamen primario, atque eſſentiali morbo, ad ipſam hemorragiam eneruandam protinùs confugimus, vt quæ maius nobis negotium faceſſat: iuxtà illud Galeni rritum, Attendendum ad id quod magis vrget, neque alterum negligẽdum: Sic etiam cum cor offenſam ſubierit, hepar aut cerebrum aliqua noxa cruciantur, omni depoſito ordine, ad ea membra tuẽda præcipites accurrimus; qua de cauſſa Hippoc. in capitis vulneribus, ob cerebri dignitatem (vt explanat Galenus) purgandum eſſe præcepit; ſic lib. de art. & de fract. inchoante morbo e-

uacua-

uacuationem iniungit, vel etiàm veratro; vt fluentes humores reuellat, ac eorum impetū aliò, quàm ad partem præcipuam, conuertat, ne illi ſubindè inflammationis anſam præbeat; hacque ratione Hippoc. pleuriticos dolore ad hyppocondria deſcendente, ab initio illicò quidèm purgat; vt inſignis nimirùm fiat (antiſpaſis,) ſeù reuulſio; atque ità quoque Angina laborantes antè coctam materiam protinùs expurgat; quamobrem illa fluitans, corriuāſque materia in aliquam ex pręcipuis partibus, vrgere ſanè videtur pro euacuatione cælebranda.

Concludendum ergò vrgentię eſſentiam tunc potiſſimum ſalire, cum morbus ſcilicet in noſtri corporis ſpacioſitate primaria viſcera obleſerit, ijſdemque noxam intulerit, vt cordi vitæ perenni principio, iecinori, ac cerebro pręcipuis noſtri corporis artubus; alijſque mutuam cum principibus membris ſympathiam vendicantibus, vt ventriculo, atque pulmonibus, humanę naturæ fōtibus ab Hipp. lib. de mor. ſac. indigitatis, vel illud vrgentię nomenclaturam ſibi velle autumandum, cum videlicèt morbus è ſui natura, ac conditione, grandis, diſcriminoſus, & verēdus elucet, ſicut ſæua, diraque pleuritis innaſcens indicare aſ-

ſolet

Digitized by Google

ſolet; ſtatim enim atque illa enaſci videtur, protinùs inquàm diritatis ſuæ pandit indicia, eaque funeſti euentus optima ſunt quoque primordia, vndè iurè vix ingenita, eadem nobis terrenda, mætuendaque venit. Quinimò non raró eadem vrgentia ſuum eſſe patefacit, dū quempjam morbum mille grauibus ſymptomatis circumueſtit, quæ ſanè ſingula è ſui natura exitialia eluceſcentia, multò magis vnita valebunt, quæuè nì præueniantur, miſerrimo languenti mortem implorare cernentur, ſicuti etiam eum morbum vrgentem nuncuparim, qui videlicèt vel ſictam redolet naturam, vel cacohetiam ſaltem temporis ſucceſſu ſpondere videtur, quamuis aſpectum referat totum benignitate fucatum, indè dubium, ac mætum, & Medico curanti, & adſtantibus impartit, ne fraudolentèr perdat ægrotum.

An

An coctiones ſempèr iudicij celeritatem, ſecuritatemq. portendant. an verò nonũquam ad malum appareant.

Cap. V.

EO potiſſimũm temporis interſtitio, quò propitiũ ſanè, ac fatale mihi ſydus illuxerat, illudque comitèr reſpectans, dũ ad Illuſtriſſimos, & Excellẽtiſſimos Colũnẽſes Principes inuiſendos me benignè tranſuexit; eo inquàm tempore ſummo ſanè emicantiũ Heroum nitori, tanquàm nitidiſſimo Apollinis iubari meum ſuffigens intuitum, eorundẽ claritatis vaſtitate perterritus, fieri haud'potuit, quìn oculorum aciem inoffenſam perſtringerem, & quaſi tanto lumine luminibus viduatus, in ima præceps deſcenderem, inque ſinuoſũ anphractum me me ipſũ intorquerẽ; vbi ſanè excelſum, magnũque obicẽ ac meis humeris pluſquàm par eſt imparem remouẽdũ, ac volutandũ inſpectaui; illumque itidèm ab Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Principibus benignè

gnè traiectũ, atque propulſum, dũ aphoriſticã illã ſententiam (concocta medicari) ijdem tanquàm maximũ offenſaculũ intèr pedes iecerint, atque cõmiſerint. ſed quamuis tanto oneri me ſuccũbere debere præſagierim, adhuc tamèn imbecillimos humeros eidem-prõptè ſubieci; magis expedire ratus, ab huiuſmodi mole cadendo humari, quàm illud onus inurbanè ſatis reijcere: quamobrẽ fortiſſimæ columnæ innixus, & columnatus, non inauſus acceſſi, ſed inſcius, potiorique qua poterã vì coctionis vaſtiſſimũ ſaxũ volutare tentaui, & quamuis tunc temporis illud exturbare animus conflagrarit, vires tamèn effętæ, & languidæ renuere videbantur; dumuè huiuſmodi lapidẽ onerosũ ſatis in sũmã quaſi mõtis verticẽ tranſuectũ eſſe aſpectabã, ſũmæ difficultatũ innaſcentiũ abſtruſæ ſemitę, illũmet in-ima pellebant; ob idque nunc ſanè denuò eiuſdẽ montis vltimos quaſi veritatis fines anhèlans, decreui pro viribus iter tunc temporis inchoatũ proſequi, Hippocrateque facto Duce eiuſdẽ montis cacumen attingere, vel tritas ſemitas præmendo, vel obliquos calles intẽtãdo, vel inſuetos anphractus permeando, parùm enim refert, ſi hanc vel illã viã experiamur, modò ad deſtinatam mætam feſtinantèr

nantèr aduentemus;proptereaque eos arguẽdos eſſe non rarò autumarim, qui ſæpiùs calcatam viã,& ſi arduam,milleuè difficultatum ſentibus obuallatam conſpexerint,nolunt tamen eandem tanquàm magis peruiam derelinquere, cum non rarò contingat eandem innumeris eſſe ſinuoſis improbabilitatum callibus, obliquiſuè falſitatum anphractibus refertam; proindeque in errore verſari turpitèr cernuntur, nec veritatis vltimos fines indagare iam curant;vndè proteruire potiùs intendũt,ſuiſque inſiſtere ſtatutis firmitèr queritant,tanquàm ſanè illa à veritate deuia eſſe nequeant, neque à recto tramitè degenerare valeant,contingit tamen aliter nõ rarò,vt quę veritatem ſapere videntur, ab eadem longè deuia eſſe compareant;indeque eſt vt nonulli ità coctionem venerentur , ità eandem auidè amplexentur, vt ſtatim atque eandem illucere conijciunt,iiſdem benignum ſydus emicet, firmumque ſalutis omen.

Sed fallunrur ſanè, quinimò non leuitèr à veritate ſunt deuij,neque enim ità ſe res habet cum non ſemel adſtante coctione, eaque numeris omnibus abſoluta ægrum vltimum videre diem contemplemur, maxima medicorũ tùm ignominia,tùm admiratione;quinimò,&

ſi non rarò irrita ſpe quaſi ſenticoſa via decipiantur, nolunt tamen ſe ab huiuſmodi dogmatibus abdicare,nouumque quaſi Hippocr. iter accipere renuunt, tanquàm impermeabile; vnde infidis ſtatutis firmitèr hæreſcunt, aſſeuerando quì fieri poſſit, vt coctionis eluceſcēte nota, vltima adſtare poſſit ægrotanti dies, cum coctio ex Galeno 3.de Criſ. cap.5. tunc potiſſimum emergat,cum videlicèt eadē natura ſuperior euaſerit,& debellarit,& reſtiterit vehementiori morbi conatui;atque ideò in medium adducunt eadem Galeni verba eo loci. Vbi enim natura ſuperior euaſerit,& debellauit,& reſtitit vehementiori morbi conatui, & quæ infeſtabant expugnauit,(hoc enim eſt ipſa coctio)ex quibus Galeni verbis audētes magis proferre non dubitant,nullum eſſe omē fidius ipſa coctione:natura enim in coctione morbificam cauſſam exuperat, atque debellat, nullaque eſt certior victoriæ index īpſa coctione;cum ex ſe putredinem demoliri videatur, eandemque ab humoribus mira ſedulitate ſeiungere, & conſequenter eadem ſaliens vitalē nobis præſagiet finem; indèque huiuſmodi ſtatutum Hippoc. in epidem.aucthoritate obuallant, ac muniunt, qui ſic eloqui cæpit: coctiones iudicij celeritatem ſecu-

rita.

ritatemque portendūt, cruda verò, & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, aut acriſiam, aut diſcriſiam, aut dolorem, aut mortem ſignificant: vndè Galen. pro eorum dogmate probando primo criſ.c.15.in medium afferunt aientē, ſigna à coctione deprompta certam polliceri ſalutem, aiuntq. lotia initio cocta, ſalubrem ſemper portēdere finē, quamuis nonnullos intueamur, qui optimis hiſce coctionis notis præcipites dederunt in mortem; quod ſanè non raró in febribus (cacondeis) atque malignis videre eſt, quæ cum putredinis excellentē gradum fuerint adeptę, nequeunt coctionis veram effigiē ſecum vehere; non enim eius ſunt ſortis huiuſmodi humores (quod c.2.propalauimus) vt à primigenio calore edomari valeant, cū ſui iuris ſint, ac efferam ſapiant naturam, agētiuè pro viribus opponantur non ergò in his febribus proſiliens coctio in tuto locabit ægrum, ſed potiùs dubium reddet, aduè exitium quoque portendet, & hac ratione ductus diuinus ſenex 2.prhet. 24.in ea verba prupit: & vrinæ coctæ malę.

Cæterum en en' Gal. in medium prodeūtē inſpecto, atque exclamantem, non bene in græco codice legi [pepona,] vrinæ ſcilicet coctæ, ſed cum Ruło legendum eſſe ducit

[epipona] videlicèt vrinæ quæ cùm labore excernuntur; ſubditque eos qui ſcripturam [pepona] recipiunt, hos nonulla quidèm improbabilia, & memoratù indigna aſſerere: Alij verò legendum duxere [pepoſi] nõ quia re vera coctæ eſſe eluceant, verum craſſæ, & albę coctis ſanè haudquaquàm diſſimiles: Alij verò omni rupta mora dixere huiuſmodi vrinas verum coctionis ſimulachrum inſculptũ habere, ac vere coctas eſſe, ſed [anomalos] ceù inęqualiter; quia hodierna luce coctę iam comparẽt, poſtridiè cruditatum ſunt ſoboles. Verũ tot virorum pace, quos præ reliquis veneror, ac colo, in hoc tamèn cogor ab iiſdem penitùs diffidere, cum Hippocratis vel minimum opinatum conſectari ſuaſum habuerim, iſte namq. medicum agrum abundè ſatis excoluit, indeq. eius frugibus nunc veſci pacatè ſuaſi, & inferre: ſi diuinus ſenex in hoc textu illud vnum promulgare contendiſſet, vrinas ceù laboriose emiſſas non eſſe in bonis ducẽdas, nequaquàm autem coctionis circũuehentes notam, non vtique aliàs illudmet ex profeſſo ingeminaſſet, dum in coacis hæc cernimus: Soporoſi ab initio exſudantes, vrinis concoctis ardentes, verùm citra iudicationem perfrigeſcentes, & breui rurſùs ardentes:

tor-

torpidi,ſoporoſi, conuulſi,perniciosè habent. vnde in græco codice haud ſane hæſitandu m legi pariter [pepona,]quamuis doctiſſimus alioqui Duretus vertat[epiponis] ſubditque in comm. ſic ſe legendum duxiſſe, ideſt cum permoleſta vrina non autem [pepoſi,] quorſùm enim ait in concurſu ſymptomatum funeſtorũ quæ nunquàm bonitatis naturam exuit, vt ex bonâ fiat mala? niſi quis fortaſſis obijciat, fugacem eſſe coctionem cum viciſſitudine cruditatis, indeque fieri, vt quæ ſunt vrinæ modò [pepaſmi] participes, modò expertes non ſint in bonis ducendæ:quod ſane prolatũ Duretus ab Hippoc.tranſcripſit in coacis aiẽte: Vrina bonam habens ſubſidentiam, derepente non habens,dolorem,ac mutationem ſignificat:idque non alia de cauſſa contingere crediderim,niſi quia inæqualis eſt, inter naturam,ac morbum vis, atque poteſtas, quia viciſſitudo eſt magiſterij inter naturã,& morbum, qui vt vires acquirit eundo, ſic naturæ fatiſcentis præſidia labefactat,ijſque collapſis nulla ampliùs pepaſmi ſigna edũtur, ſed cruditatis,ac prauitatis,tuncque temporis multũ vereri oportet,ſuperata nempe natura. ſed ſit vtcunque aliò uertamus iter,& Hippocratem accipiemus multoties coctionem damnãtem,

& po-

ſunt,& ſic perfrigerari malum eſt: & alibi;vrinæ quæ citrà rationem concoquuntur malæ ſunt,& in ſumma quæ citrà rationem matura eſt in morbo acuto,mala eſt,& aliàs:At peripneumonicis perniciosa eſt , quæ in principio quidèm cocta eſt,poſt quartum verò diem attenuatur,& milliès,ne dicam infinities id faſſus eſt Hippoc. adeò vt non ſemper ſit legitimum illud Galeni prolatum quo lib. de criſ. aſſerebat coctionis notas ſiue ab initio , ſiuè poſtea,ſeù vt vno verbo dicam,quocunque tempore emerſerint, ſemper eſſe in bonis ducendas; arduumque eſſe protulit,hominem coctionis habentē notas poſſe animā expirare

Quinimò quod magis mihi admirandi anſam ſuppeditat,illud eſt, quod ceù Galenus in Hippocratica doctrina velut alter Argos oculatiſſimus,illud expreſſerit, nullam ſcilicet ab Hippoc. hiſtoriam in medium afferri eorum qui ſpiritum efflarint, exiſtente coctionis veſtigio.Miror vtique cum Phyliſcum habeamus in epidem. vrinas melioris coloris emingentē, & tamèn eundem lethi vires expertum eſſe propalat; ſic etiam Silenum intuemur hypoſtaſim çqualem, ac albam pandendo, mortis imperio extitiſſe ſubditum ; indèque magis miror,cum in epidem. quoque Scymni Pictoris

ris ancillæ hiſtoria ſaliat,quæ ſuppuratione aduentante,miſerè è mundo receſſit, & tamẽ eadem puris generatio coctio eſſe elucelcit, non ſimplicitèr ſane, ſed quodãmodò, & per analogiam , eò videlicet quià aliqua pollet bonitate, ideòque Galenus aiebat in aphoriſ. Ac talis quidèm putredo:non ſimpliciter quidem putredo, ſed aliquid continet coctionis, ſuppuratio tandèm putrefactio quædam mediocris eſt,quæ quò magis à magna putrefac. abeſt,eò magis ad concoctionem accedit:qua de cauſſa forſàn Hippoc. in epidem. dixerat: omne ſuppurans,eſt ſinè recidiua,nàm coctio eſt ſimul,criſis, & abſceſſus. Neque mihi negotium faceſſere videtur, ob id hanc mulierẽ expiraſſe, vt vult Valleſius in comm. eò quia per ipſam puris generationem fuerit maior effigiatus abſceſſus, quàm vt ferri valeret; id enim(ſi hoc eſſet) ſemper vtique contingeret, nec huius ſortis ſuppuratio ab Hippoc. eſſet comprobata, quinimò eadem, & proficua, & neceſſaria Hippocratem perlegẽti innoteſcet, dum 6.epidem.ſect.4. ſic fatur:quæ iuxtà aures circà criſim fientia, non ſuppurantur, his inanitis reuerſio fit , ſecundùm rationem reuerſionum , & quamuis ob ſuppurationem maior fortè materierum vbertas in tumorem

irruere,

irruere;corriuareque potuiſſet, plùs tamen ob apertionem, ac foramen præſtitum eijci poterat quàm ſecùs, & hoc fortè voluit Celſus cap. de Parotidibus cùm dixit: Animaduerſionem tantummodò hanc habet neceſſariam,quia ſi ſine morbo id intumuit, primum reprimentium experimentum eſt,ſin autem ex aduerſa valetudine primùm aperiri, maturarique commodius eſt,quod exſequi volens, ac optans Valleſ.eandem partem forare fæſtinat in comm. hiſt. Aniculæ à tuſſi vexatæ.

Sed quid longiùs euagor? nonnè Galenus ipſe nobis innuit,ægrotantē nonunquàm vera coctione exiliente,tanquàm veriſſimo trãquillitatis omine in funeſtos mortis lares tranſmigraſſe? dum ait aliquandò pulſum bonitate pollere,eiuſdemque cenſus lotium exiſtere,ægrumuè tamen exitio terminatum fuiſſe propalat? nonnè Arabum Princeps Auic. id ipsũ teſtatus eſt aiens, & quandòque vrina bona eſt ſubſtantia ſua,& colore, & ſedimine, & is cuius eſt tendit ad mortem? ſed id intimiùs amabò penſitemus exploſis auctoritatibus,diximus enim cap. 2. huius noſtri libelli materias ceù ærugineas,praſſinas, nigras,ramentoſas,& alias,nullimodè coctionis imperio poſſe ſubeſſe, cum generis ſint peruicacis, ac ef-

gnè traiectū, atque propulſum, dū aphoriſticā illā ſententiam (concocta medicari) ijdem tanquàm maximū offenſaculū intèr pedes iecerint, atque cōmiſerint. ſed quamuis tanto oneri me ſuccūbere debere præſagierim, adhuc tamèn imbecillimos humeros eidem proptè ſubieci; magis expedire ratus, ab huiuſmodi mole cadendo humari, quàm illud onus inurbanè ſatis reijcere: quamobrē fortiſſimæ columnæ innixus, & columnatus, non iuauſus acceſſi, ſed inſcius, potiorique qua poterā vì coctionis vaſtiſſimū ſaxū volutare tentaui, & quamuis tunc temporis illud exturbare animus conflagrarit, vires tamèn effetæ, & languidæ renuere videbantur; dumuè huiuſmodi lapidē onerosū ſatis in ſūmā quaſi mōtis verticē tranſuectū eſſe aſpectabā, ſūmæ difficultatū innaſcentiū abſtruſæ ſemitę, illūmet in ima pellebant; ob idque nunc ſanè denuò eiuſdē montis vltimos quaſi veritatis fines anhelans, decreui pro viribus iter tunc temporis inchoatū proſequi, Hippocrateque facto Duce eiuſdē montis cacumen attingere, vel tritas ſemitas præmendo, vel obliquos calles intētādo, vel inſuetos anphractus permeando, parùm enim refert, ſi hanc vel illā viā experiamur, modò ad deſtinatam mætam feſti-

nantèr

nantèr aduentemus; proptereaque eos arguẽdos eſſe non rarò autumarim, qui ſæpiùs calcatam viã, & ſi arduam, milleuè difficultatum ſentibus obuallatam conſpexerint, nolunt tamen eandem tanquàm magis peruiam derelinquere, cum non rarò contingat eandem innumeris eſſe ſinuoſis improbabilitatum callibus, obliquiſuè falſitatum anphractibus refertam; proindeque in errore verſari turpitèr cernuntur, nec veritatis vltimos fines indagare iam curant; vndè proteruire potiùs intendũt, ſuiſque inſiſtere ſtatutis firmitèr queritant, tanquàm ſanè illa à veritate deuia eſſe nequeant, neque à recto tramitè degenerare valeant, contingit tamen aliter nõ rarò, vt quę veritatem ſapere videntur, ab eadem longè deuia eſſe compareant; indeque eſt vt nonulli ità coctionem venerentur, ità eandem auidè amplexentur, vt ſtatim atque eandem illucere conijciunt, iiſdem benignum ſydus emicet, firmumque ſalutis omen.

Sed fallunrur ſanè, quinimò non leuitèr à veritate ſunt deuij, neque enim ità ſe res habet cum non ſemel adſtante coctione, eaque numeris omnibus abſoluta ægrum vltimum videre diem contemplemur, maxima medicorũ tùm ignominia, tùm admiratione: quinimò, &

ritatemque portendũt, cruda verò, & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, aut acriſiam, aut diſcriſiam, aut dolorem, aut mortem ſignificant: vndè Galen. pro eorum dogmate probando primo criſ.c.15.in medium afferunt aientẽ, ſigna à coctione deprompta certam polliceri ſalutem, aiuntq. lotia initio cocta, ſalubrem ſemper portẽdere finẽ, quamuis nonnullos intueamur, qui optimis hiſce coctionis notis præcipites dederunt in mortem; quod ſanè non raro in febribus (cacondeis) atque malignis videre eſt, quæ cum putredinis excellentẽ gradum fuerint adeptę, nequeunt coctionis veram effigiẽ ſecum vehere; non enim eius ſunt ſortis huiuſmodi humores (quod c. 2.propalauimus) vt à primigenio calore edomari valeant, cũ ſui iuris ſint, ac efferam ſapiant naturam, agẽtiuè pro viribus opponantur non ergò in his febribus proſiliens coctio in tuto locabit ægrum, ſed potiùs dubium reddet, aduè exitium quoque portendet, & hac ratione ductus diuinus ſenex 2.ꝓrhet. 24.in ea verba ꝓrupit: & vrinæ coctæ malę.

Cæterum en en' Gal. in medium prodeũtẽ inſpecto, atque exclamantem, non bene in græco codice legi [pepona,] vrinæ ſcilicet coctæ, ſed cum Ruſo legendum eſſe ducit

[epipona] videlicèt vrinæ quæ cùm labore excernuntur; ſubditque eos qui ſcripturam [pepona] recipiunt, hos nonulla quidèm improbabilia, & memoratù indigna aſſerere: Alij verò legendum duxere [pepoſi] nō quia re vera coctæ eſſe eluceant, verum craſſæ, & albę coctis ſanè haudquaquàm diſſimiles: Alij verò omni rupta mora dixere huiuſmodi vrinas verum coctionis ſimulachrum inſculptū habere, ac vere coctas eſſe, ſed [anomalos] ceù inęqualiter; quia hodierna luce coctę iam comparēt, poſtridiè cruditatum ſunt ſoboles. Verū tot virorum pace, quos præ reliquis veneror, ac colo, in hoc tamèn cogor ab ijſdem penitùs diffidere, cum Hippocratis vel minimum opinatum conſectari ſuaſum habuerim, iſte namq. medicum agrum abundè ſatis excoluit, indeq. eius frugibus nunc veſci pacatè ſuaſi, & inferre: ſi diuinus ſenex in hoc textu illud vnum promulgare contendiſſet, vrinas ceù laborioſe emiſſas non eſſe in bonis ducēdas, nequaquàm autem coctionis circūuehentes notam, non vtique aliàs illudmet ex profeſſo ingeminaſſet, dum in coacis hæc cernimus: Soporoſi ab initio exſudantes, vrinis concoctis ardentes, verùm citra iudicationem perfrigeſcentes, & breui rurſùs ardentes:

torpidi,ſoporoſi, conuulſi,perniciosè habent: vnde in græco codice haud ſane hæſitandu m legi pariter [pepona,]quamuis doctiſſimus alioqui Duretus vertat[epiponis] ſubditque in comm. ſic ſe legendum duxiſſe, ideſt cum permoleſta vrina non autem [pepoſi,] quorſùm enim ait in concurſu ſymptomatum funeſtorũ quæ nunquàm bonitatis naturam exuit, vt ex bonà fiat mala? niſi quis fortaſſis obijciat, fugacem eſſe coctionem cum viciſſitudine cruditatis, indeque fieri, vt quæ ſunt vrinæ modò [pepaſmi] participes, modò expertes non ſint in bonis ducendæ:quod ſane prolatũ Duretus ab Hippoc.tranſcripſit in coacis aiẽte: Vrina bonam habens ſubſidentiam, derepente non habens,dolorem,ac mutationem ſignificat:idque non alia de cauſſa contingere crediderim,niſi quia inæqualis eſt,inter naturam,ac morbum vis, atque poteſtas, quia viciſſitudo eſt magiſterij inter naturã,& morbum, qui vt vires acquirit eundo, ſic naturæ fatiſcentis præſidia labefactat,iiſque collapſis nulla ampliùs pepaſmi ſigna edũtur, ſed cruditatis,ac prauitatis,tuncque temporis multũ vereri oportet,ſuperata nempe natura. ſed ſit vtcunque aliò uertamus iter,& Hippocratem accipiemus multoties coctionem damnãtem,

& po-

Digitized by Google

ſunt,& ſic perfrigerari malum eſt:& alibi;vrinæ quæ citrà rationem concoquuntur malæ ſunt,& in ſumma quæ citrà rationem matura eſt in morbo acuto,mala eſt;& aliàs:At peripneumonicis pernicioſa eſt , quæ in principio quidèm cocta eſt,poſt quartum verò diem attenuatur,& milliès,ne dicam infinities id faſſus eſt Hippoc. adeò vt non ſemper ſit legitimum illud Galeni prolatum quo lib. de criſ. aſſerebat coctionis notas ſiue ab initio , ſiuè poſtea,ſeù vt vno verbo dicam,quocunque tempore emerſerint, ſemper eſſe in bonis ducendas; arduumque eſſe protulit,hominem coctionis habentē notas poſſe animā expirare

Quinimò quod magis mihi admirandi anſam ſuppeditat,illud eſt, quod ceù Galenus in Hippocratica doctrina velut alter Argos oculatiſſimus,illud expreſſerit, nullam ſcilicet ab Hippoc. hiſtoriam in medium afferri eorum qui ſpiritum efflarint, exiſtente coctionis veſtigio.Miror vtique cum Phyliſcum habeamus in epidem. vrinas melioris coloris emingentē, & tamèn eundem lethi vires expertum eſſe propalat; ſic etiam Silenum intuemur hypoſtaſim ęqualem, ac albam pandendo, mortis imperio extitiſſe ſubditum ; indèque magis miror,cum in epidem. quoque Scymni Pictoris

irruere;corriuareque potuiſſet, plùs tamen ob apertionem, ac foramen præſtitum eijci poterat quàm ſecùs, & hoc fortè voluit Celſus cap. de Parotidibus cùm dixit: Animaduerſionem tantummodò hanc habet neceſſariam,quia ſi ſine morbo id intumuit, primum reprimentium experimentum eſt,ſin autem ex aduerſa valetudine primùm aperiri, maturarique commodius eſt,quod exſequi volens, ac optans Valleſ.eandem partem forare feſtinat in comm. hiſt. Aniculæ à tuſſi vexatæ.

Sed quid longiùs euagor? nonnè Galenus ipſe nobis innuit,ægrotantē nonunquàm vera coctione exiliente,tanquàm veriſſimo trāquillitatis omine in funeſtos mortis lares tranſmigraſſe? dum ait aliquandò pulſum bonitate pollere,eiuſdemque cenſus lotium exiſtere,ægrumuè tamen exitio terminatum fuiſſe propalat? nonnè Arabum Princeps Auic. id ipsū teſtatus eſt aiens, & quandòque vrina bona eſt ſubſtantia ſua,& colore, & ſedimine, & is cuius eſt tendit ad mortem? ſed id intimiùs amabò penſitemus exploſis auctoritatibus,diximus enim cap. 2. huius noſtri libelli materias ceù ærugineas,praſſinas, nigras,ramentoſas,& alias,nullimodē coctionis imperio poſſe ſubeſſe, cum generis ſint peruicacis, ac ef-

K feræ

feræ indomabiliſque naturæ; quamobrem iſtis humoribus in vniuerſa corporis mole exundantibus, ijſque morbificum adigentibus pathema, impium ſanè erit, atque ab omni ratione alienum, coctionem tunc temporis emergentem vt optimam præſagire, eique ſalutis primatum tribuere; ea namq. coctio humoris morbum ſane plaſmãtis haud quaquam erit, ſed benignioris videlicet, naturæ quicquàm mali cælebrantis.

Prætereà ſi in numeris omnibus abſoluta putredine, aduè vltima eiuſdem liminaria iam peruenta, omnis exploditur coctio, omnis naturæ gratia denegatur, cum putridorum medela ſit euacuatio, ex Galen. lib. meth. med. ſemiputridorum verò concoctio, quomodò in putridis omninò humoribus coctionem rimabimur, eamque pro viribus intentabimus? quomodo eandem in huius farinæ humiditatibus optimam prędicabimus, eamque fidam ſalutis præſagam indigitabimus? Quinimò in ijs febribus in quibus humor non putredinis notã inſculptam habet, ſed prauæ tantummodò qualitatis naturam ſapit, abſonum crediderim aſſeuerare coctionem tunc temporis innaſcentem eſſe verum ſalutis omen, cum ſuæ infidelitatis effectum non multò poſt pandat,

dum

dum languentem reſpectamus mortis vì fuiſſe præreptum;in iſtis enim caſibus neque pulſus; nec vrina aliquam ſubire cernuntur mutationem,vel quia vt alijs placet (quod obitèr dictum eſſe reputari velim) humores non putredine,ſed qualitate inficiuntur,vel quia natura minimè queat adire vim morbi,præ materiæ cacohethia,vt Conciliator autumauit,vel quià natiuus calor,humor,cordiſque ſubſtantia ſint parumpèr ſanè à ſuo ſtatu deuia, vt Dino placuit ; vel quia venenoſitas latentèr cordi communicetur, vt arriſit Iacobo de partibus, qui Gentilem ſectatus eſſe videtur; vel quià ſolùm cordis ſubſtantia à calore putredinali obſeſſa eſt,humores autē, & partes cordi finitimæ frigiditate præpollent,vt viſum eſt Galeno.

Quamobrem mirandum haud eſt,ſi vt plurimùm lotium fallax ſit nuncius, & non rarò mendax,non ex ſui natura(hoc enim eſſet abſurdiſſimum propalare) ſed per accidens, eò quia hoſtem non detegit, cum ea coctio non ſit materiæ morbum patrantis,ſed vel alimētitiæ, vel alterius ſortis, vt putà benignioris; vndè cocta tunc temporis vrina morbi malitiam ſua bonitate cooperit; ob idque fortaſſis Gal. huiuſmodi febres cacohethiam ſeruan-

Digitized by Google

tes,ficto homini comparabat,cum in ijſdem exteriora ab interioribus valdè diſſideant;eaque coctio quæ exteriùs ſalubritatem ſpōdet, interiùs validum indicat hoſtem,naturæ vtiq. coctionis vexillum denegantem;venenata nāque huiuſmodi qualitas,cum interior ſit, & paulatim,ac citrà manifeſtam humorum perturbationem agat, indè eſt vt nulla emergat humorum turbatio,nullaque partium fiat cōfuſio,cum eadem qualitas latitare comperiatur, eiuſque opera non commonſtret ac pandat; verùm quaſi inopinatus hoſtis inſurgens naturæ bellum indicit,eandemque miro quodam modo debellat; vndè mirandum haud vtique eſt, ſi lotium optimo colore fucatum, meliori ſubſtantia præpollens, & demum ſedimen omni bonitate refertum obtinens,ægrū inopinatò perdat, Medicum turpitèr illudat; nunquam enim continget, hāc qualitatem ad quandam ęquationem redigi media alteratione à calore inſito in partibus ſolidis ſtagnante præſtita, cum ineuincibilis (vt dicebam) exiſtens, ad deſtructionem tendat,ægrumue in mortem tranſuèhere geſtiat, atque ſubſultet; præualet enim vis venefica,atque à primigenij caloris potentia exuperari, aut debellari nequit, quarè non omnis coctionis leuiſſimæ

aurę

auræ, tuta noſtræ ſalutis cymba deſtinanda; cum eadem non ratò velut Helenę flammula maximæ tempeſtatis habeatur index.

Neque ob id negarim, coctionem illam non eſſe, quæ ab auctoribus tantoperè cælebratur, miris præconijs inſignitur, & demum ineffabilibus dotibus decoratur; neq. dixerim illam nõ iudicij cęleritatem afferre, non ſecuritatem portendere, vt volebat Senex in epidem. Nec affirmarim naturam morbo ſuperſtitem non præmõſtrare, aut morbi conatibus non generoſè obſiſtere, aut quę infeſtant non expugnare, vt Galen. inſinuabat; neque ratus fuerim eandem innati caloris perfectionem non dicere, vt dixerat Ariſ. 4. metheor. Nèc demum impugnarim eandẽ caloris nõ eſſe actum, quo humida ad æquabilem ſiccitatem rediguntur, ſicca, & concreta non niſi aduentitij humoris adiumẽto, vt multis ex Neotericis arriſit, hæc enim omnia denegare, perindè eſſet ac fortiſſimam Medicinæ turrim obruere, omniaque in ruinam emandare; illud tamèn aſſerere mihi nunc flagrat animus, eam ceù coctionem in morbis commendare, quæ videlicèt in excrementitijs materijs ſuũ quaſi tronum locat, atque reponit, eaque (vt centies dixi) pepaſmus nuncupatur, modò huiuſmodi materiæ excremen-

Digitized by Google

mentitiæ eiuſdem naturę non explodant actū; ob vltimam adeptam putredinem, quinimò non rarò contingit, vt edomitis quoque pacto excrementis, quę ſanè fientem, non autem factam putredinem agnoſcunt, vrinæ ſint meliori fucatę colore; euenit tamen eandem coctionē prauā illā qualitatem euincere nequire, cuius ſubindè feritate necantur miſerè ęgrotantes, etiàm adſtantibus ſignis coctionis, non quidem putredinis vì, quæ iam euicta eluceſcit, ſed pernicioſæ qualitatis robore adhuc indomito; cuius gratià iàm defeſſa natura in extirparda putredine, vires ex non depreſſa malignitate agminatìm ruunt, vndè, & mors ſuccedit, quæ omnimoda virium exiſtit proſtratio. Nonunquàm etiam illucens coctio nos ſanè illudit, ac decipit, quoniam natura media coctione, haud rarò non hoſtilem aggreditur materiam, benigniorem tamèn init; quia humor ꝓptèr ſumā cruditatem, aut ſubſtantiæ rebellem conditionem, naturæ actus ſuſcipere non valet, non autem eò quià (vt cēſent nonulli) pauitans quaſi natura fugit, illāque penitùs derelinquit; id enim falſum eſſe crediderim, non enim natura aut timet, aut inauſa non intentat, aut ociatur, ità vt peccantis materiæ obliuioſa illuceat, ac proindè nulla

la ſiat inter naturam, & morbum colluctatio; cum natura nec conſilio, nec intentione, ſed neceſſariò ſempèr actionem edat; verum præ eiuſdem imbecillitate ac materierũ improportione id ſæpius emanabit.

Quin mò ſæpæ ſæpiùs nos decipit coctio, quoniam offenſa non in iecoris, venarumque regione ſuas fixit radices, ſed lõgiùs ab illis, vndè naturalibus benè ſe habentibus, cor validè poſſe morbi ſuſtinere ſæuitiem haud' eſt abſonum aſſeuerare; quomodo ergò ſi in cordis ſubſtantia febrium materiam vri arbitramur, vrinas adeò ſtudiosè cõſulimus? quid ex coctione quæ in venis, & corporis habitu progignitur, eiuſque bonitate cõtemplamur? Præt. in hecticis febribus quoties ne intuemur vtilia ſedimina, meliorem ſubſtantiam, ac optimum colorem, & tamèn ęgros ad mortem præcipites accurrere non ſemel' cernimus? quod forſan' contemplans Galenus 3. de præſag. ex pulſ. dixerat lotium dubium eſſe hecticæ nuncium; idque ipsè ſanè conieci in vxore perilluſtris V.I.D. Coſmi Camilli de Benedictis à Corona (qui ſanè iurè ab incunabulis Cóſmi nomenclaturam retinuit, cum noui inſtàr, magnique terrarum orbis varias ſanè, ac omnigenas virtutes in ſuo ſinu foue-

at

ar, atque receptet, aduè eruenda legum ſenſa videatur Natura mirè factus) quæ ſanè hectico laborans caumate, tabido præſſa pathemate, à capitis perreptante humore progenito, lotium tamèn, & in colore, ſubſtantià, & ſedimine omnes explere videtur conditiones, quamuis inſpectem languentis res in difficili eſſe; propterea nil eſt quod mirabile habeat, ſi huiuſmodi coctio ęgros ad interitum amandet.

Quinimò quid coctioni innitemur, quum morbum ceù intuemur ſpeciale aliquod mẽbrum lancinare, vt v.g. caput, pulmonum parenchyma, aut quid cum iſtis viſceribus ſeruās analogiam? an tunc temporis exilienti coctioni fidem præſtabimus? an ſeçuritatem languẽti promittemus? nõ ſanè; quid enim in Peripneumonia, aut pleuritide coctio panget? quid in thoracicis affectibus commoſtrabit? nil profectò, cum circumcingentes conſtas illę meninges peuritidem effigiantes, vel vt Hippocratis incedam opinato, pulmones ipſi ſint longè à partibus naturalibus diſiuncti, ab illiſque admodum deuij; ſi namque Senem lib. de loc. in hom: tex. 24. intueamur, (hocque ſit obitèr à mè prolatum) non pleuram certè ab omnibus tantoperè declamatam pleuritidem

dem pãgere, atque componere aſpectabimus, ſed pulmonum vel dextram, vel læuam eorũdem ſubſtantiam, ſicut Peripneumonia iuxta eiuſdem Senis decretum ambas pulmonis partes infenſare comperitur; quod fateri viſus eſt per hęc verba : quum in pulmonem fluxerit ex capite per guttur, & aortas appellatas appẽdentes partes pulmonis, pulmo tanquã natura rarus, & ſicus, trahit in ſe humorem, quantum eius capere poteſt, & vbi influxerit maior fit, & vbi in totum fluxerit extremitas eius maior reddita vtrumque latus contingit, & peripneumoniam pulmonis appellatum morbum facit. quum verò alterum tantum Pleuritis ideſt conſtalis morbus fit; ſed quicquid ſit vt redeamus vndè diſceſſimus, in his ſanè morbis qui longè ſanè à naturalibus artubus abſunt, coctio non ità tutus erit ſalutis index, qua de cauſſa Gal. in comm. epidem. dixerat de thoracicis affectibus verba coordinans: vrina bona, non bonum: vrina mala, malum. contingit namque non raró fieri coctionem in toto, cruditate in aliqua parte morante, vt explanauit etiam Gal. proindèque huiuſmodi coctioni non ſemper venit præſtãda fides, neque eidem tanquàm Caſtoris ac Pollucis ſplendeſcenti lumini credendum; ſed

Digitized by Google

ei tantummodò quę primatum in materijs excrementitijs inuehit, quæuè primigenij caloris robur ac poſſe paritèr pandit, ità vt in ijſdem excrementis victoriam anhelet;atque ità peracta victrix natura tunc temporis,& compeſcit,& frænat, inneċtitq.ea quę ex aliqua quidèm cauſſa recruduerunt, ac ſuæ poteſtatis fuerint, vnàque ſegregata,hoc namque proprium coctionis munus eſſe protuleram cap. primo;cum coctio(vt totiès conclamaui) ex permixtione,temperaturaque mutua mirè conſurgat;ea namque quæ ſegregata, ac fidã ſodalitatem amiſerint, ijs inquàm debetur coctio,cũ hac media diſgregatione, nexuſuè diſſolutione cruditas ſe ſe inſinuet;quotieſcũque ergò huiuſmodi excrementa tali coctione potientur,ſempèr vtique ſalubritatis erunt omina, eidemque coctioni tanquàm genuinæ vera ſalutis ſpes habenda;ſecùs autem in ea coctione agendum venit,quæ ſanè fucata,ficta,ac fraude referta illucet,& tũc potiſſimùm cum excremẽtitias nõ init materias,vt eidem maximè rebelles ; quamuis enim natura ſuos apponat conatus,vt eaſdem ſuperet,euincatque,quoniã tamẽ obiectũ eſt[ametabliticon] vt vitrea pituita, aut quià[apepanton]incoctibile ſcilicèt vt venenum, ideò eiuſdem naturę

turæ actio minimè ſane reſultet. & ſi forte exiliat,è materia alimentitia maiori fide conſurget.

Sed ne in medica vniuerſitate paradoxum videar contexere, dum coctioni crimen attribuo,hic adnotandum ſtatuo me ſanè non intendere coctionis præconia explodere,cum verè fatear eandem iudicij cæleritatem, ſecuritatemque portendere cum Hippocrate; abſit id enim à medico dogmate, hoc namq. nil aliud eſſet quam vniuerſam medicinam īnumeris turpare mēdacijs ,eamque innumeris erroribus fædare;Illud tamèn me aſſeuerare non denego, coctionem nonunquàm infidam, atque mendacem noſtro elucere conſpectui, ob omnes à me ſuperius enarratas rationes,quod ſanè tunc contingere dixerim,cū eadem coctio, vt critica non compareret, dùm non ſecundum rationem re ipſa,non ſpecie tantum: nec cæleritèr , ſed gradatim diebus prænuntijs, ac criticis, & quæ fuerit tempeſtiua,ac ſuperioritatem in excrementitijs humoribus verè ſuſtineat,quoties ne vix inchoante morbo, inuè prima quaſi eiuſdem infantia,non infans ſanè, ſed iam adoleta coctio elucet, & tamèn tūc temporis naturam à morbo lancinari vnaque irritari comperimus, hoc-

que ſibi voluit ſenex in epidem. dū & ſi coctionem vſque ad ſydera extulerit, de ea tamē verba faciebat, quæ vndequaque erat tempeſtiua, & bona; audite ſenem amabò primo epidem. ſect. 2. qui ſic eloquitur: quæcunque autem ſine periculo concoctiones vndequaque exeuntium omnes, tempeſtiuas, aut bonas, & deretorios abſceſſus conſiderare: ex quibus Hippocratis verbis innoteſcit non omnes coctiones magnificandas, neque omnes diſcrimine vacare, cum afferat: (quæcunque autèm ſinè periculo coctiones) ſicut etiam, & illud fit palam coctiones nempe tempeſtiuas eſſe in bonis ducendas; nequaquam autem omnes eaſque indifferēter, vt protulerat Gal. lib. de criſ. dum dixerat, coctiones ſeù ab initio, ſeù poſteà illuceſcentes, ſemper bonitatis immaginem redolere; præt. quoties ne intuemur huiuſmodi coctiones in excremētis morbum non plaſmantibus, vt (diximus) an' tunc potiſſimum tutæ erunt, an' miſeram ægrotantis ratem ad portum tranſuehent? non ſane: quinimò eandem naufragam reddent, dum inexpertem, inſciumque nautam agnoſcunt, qui impropitios flatus putat eſſe benignos; ac improſperos Euros, feliciſſimos zephiros reputat, vnàque credit.

Con-

Conſurgat ergò hoſtilis pars, meque arguat, increpet, inque admirationem peruia, ſic fari inchoet. ergò coctiones non ſemper naturæ ſuperioritatem arguent? affirmabo ſane; quinimò, & eiuſdem inde naturæ minoritatē arguere non horreſcam; cum nequeat morbi ſeù humoris cacohethiam obtundere, atque frænare, ſed aliò verſa, alios inueſtigat humores, alias quæritat materias, benigniores nēpe, ceù magis habiles ad ſuſceptandum agentis naturæ atque caloris actum; agens namq. naturale perpetuò agit, paſſum verò reactionis munere fungitur, ac vbi improportio innaſci comperitur, ibi actionem non exilire iā cernimus, indeque agens quaſi ſuæ impotentiæ gnarum, in illud paſſum ſuam exerit poteſtatem, quod videlicet maiori benignitate fuerit refertum; ſicque potentiùs deſerit; tanquàm inæqualium virium exiſtens; haud ſecùs ergò huiuſmodi contingit calori, quàm accidat generoſo vtique militi, qui lorica confertus, armis circumſeptus, clypeo munitus ſola voce perſonando funeſtas quaſi clades, aſperrimos conflictus inchoat atque præſumit, indeque cuicunque ſibi obuio, ſolo intuitu pauorem inijcere queritat, ſolo vocis boatu mætum inferre arbitratur, omni buſq.

cędes minatur,inque bellando primas ſe obtinere partes inſinuat, & quòcunque perrexerit,ſemper ad caſtra,adue tētoria ad dimicandum accedere omnibus indicat; ò virum, ex ijs quę monſtrat omni fortitudine refertum prędicandum: quis quęsò hunc conſpicando Herculem non vocitabit, non indigitabit Alcidem? omnes ſane id faterentur, Verum quid aſſeuerabimus dum illum qui maxima ſpondebat,quiue intèr arma, prçlia, & cędes non imbellem, non inermē, ſed perpetuò ſe prędicabat victorem, conijciemus ad actuale certamen vix peruentum, expaueſcere, contremiſcere, indeque ad belligerandum coactum,imbecillimum hoſtem adire, à forti viro diſcedere; inermē oppetere, generoſum deſerere, manſuetum oppugnare, pauitare denique iratum? non nè hoc conſpicantes, hunc militem timidum dicemus,ignauum prædicabimus? ſic liceat mihi nunc temporis ludendi cauſſa coctionem tantoperè elatam tanquàm militem vobis configurare: En iſta fortem ſe iactar,cum à Gal. 3.de criſ. ſuperioritatis nomine inſigniatur,non imbellem ſe ſe pandit, cum eandem debellare dixerit idem Galenus, haud viribus eneruatam ſe ſe commonſtrat, cum vehementiori morbi conatui obſiſtere

idem

idem autumarit; & denique victricem ſe declarat, dum eandem ea quæ infeſtabant expugnare propalat Gal. non'nè ergò quilibet eãdem coctionem omnia euincere inſinuabit? non ne illam quoque mortis potentiam, atq. timorem arcere contendet? ſic vtique; verùm dùm ad certamen ſe ſe conducit, en' imbellis remeat, timida retrocedit, inepta non audet, & inualida denique cedit, dum excrementitias materias tanquàm ſtrenuos hoſtes deſerit, benigniores ineundo, eaſue, quæ nullum ægrotanti malum afferunt, atque promittunt; ſicque vel materiæ alimentitiæ, vel nullius negotij humoribus vim infert, eoſque debellat, indè tanquàm victrix vexillum per aera exagitat, (hypoſtaſim nempè) ſicque ij qui ſibi credunt decipiuntur, inſcij fortè victoriã reportatam, non fuiſſe naturæ, ſed morbi; non caloris, ſed prauæ qualitatis humoris, eamque naturæ victoriam nõ eſſe vtique aduerſæ partis, & hoſtilis, ſed illiùs tantùm quæ nullam indicit pugnam, nullùm inuehit malum; vndè ſic timidum militem eandem coctionem vocitabimus, cum eum coquat humorem, qui non infeſtat, eum autem qui Naturæ pugnam indicit, ne tangere quidem audeat; quare haud'ſanè mirandum ſi coctionem non raró fallacem intuea-

Digitized by Google

intueamur, atque mendacem, modò vt diximus intelligatur. Dicat ergò Naturæ parens Hippocr. & vrinæ coctæ malæ; ſileant amabò ijdem, qui impoſſibile eſſe ſtatuunt, languentem cernere ad interitum commeantem perfectis coctionis notis etiam adſtātibus, nî coctionis perfectionem eam indigitarint, quæ tēpeſtiuè eluxerit, gradatim, atq materiæ peccantis fuerit dominatrix.

Cęterùm, vt nonulli hũc veluti labyrinthũ effugerent, ab hacque præſſura ſemetipſos expedirent, Galenum aſſerunt, non ſimplicitèr propalaſse impoſſibile eſſe infirmum cum perfectis coctionis ſignis emori, ſed tunc potiſſimum cum viſa coctionē, aliquod ſubſequitur iudicium, idque ſonare aſſerunt eius verba 3. de criſ. quæ hìc dinumerant: Mille adſui iudicijs, neminem tamèn vidi perire ex his qui iudicati ſunt cũ ſignis coctionis, quod aliàs etiam confirmaſſe cernitur, vt putà 6. epidem. comm, 3. proptereaque alacriores inſurgunt, ac eualeſcunt, dum Hippocr. tutantur adminiculo in epidem. quem dixiſſe aiunt pepaſmum iudicationem, & excretionem exiſtere.

At vanum, ac irritum eſt hoc effugium, ſiquidem aliquandò comperimus ſinè coctionis omine perfectum ſubſequi iudicium, vt

con-

contigit Virgini lariſſeæ, Metoni, & alijs, quos cap. 7. noſtri opuſculi enumerabimus.

Præt. incoctiles, ac rebelles materiæ, quoties nè cernuntur patrare iudicium, nulla eluceſcente coctionis nota? quod, & ſi Hippoc. aſſeuerare accipiamus Pepaſmum ceù iudicationem, atque excretionem exiſtere, id non negarim, ſed lubenter etiam affirmarim, eam materierum excretionem, earum eſſe debere, quæ naturæ veluti clades pangunt, atque peragunt, quæue ſcilicet peccare comperientur, cum in excretionibus eas debere excerni materias, quæ naturæ impetum faciunt, ratum ſit apud omnes, iuxtà illud Hippocr. prolatum 1. aphor. Euacuationes non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia eijciantur, qualia conueniunt: quibus ità exiſtentibus, quomodò materia æruginoſa; praſſina, nigra, cum coctionis veſtigijs emanabit, dum huiuſcemodi humores nullam nàturæ gratiam amplexantur? quamobrem in huius ſortis febribus, quę ab huiuſmodi excrementis exſurgunt, ſi aſſimiles inſpectentũr eiectiones, eçque concoctę arbitrandum eſt has vtique emanantes materias, non vtique eas eſſe quę morbum infligũt, ſed eas quę morbo ſuppetias minimè ferunt, quas ſanè natura concoxit, vtputà benignio-

res eidemque haudquaquàm rebelles.

Quinimò In illis febribus quæ non a materia originem ſibi aſciſcunt, ſed a deleteria qualitate, ſeù venefica aura, quo iure huiuſmodi eiectio erit in bonis ducenda, cum tunc temporis nō materierum colluuies, ſed venenata irrumpens qualitas infenſet. Quod ſi aſſurgant aiendo fædam prauamque huiuſmodi qualitatem à putrido humore ſua initia ducere, quamuis hoc prolatum negatiua aſſertione poſſem euertere, illudque denegare, tamèn tali hypoteſi admiſſa; dixerim huiuſmodi excretionem, neque poſſe criſis naturam ſapere; ſiquidèm ſi huiuſmodi ſortis corruptela, ſeù putridus humor veneficam hāc qualitatem poſſet ingenerare, eundem peſſima putredine eſſe turpatum credendum eſſet, cuius ratione eandem putredinem vtputà iam vltimatam nequiret debellare natura, cum inſitus calor non ea vi polleat, qua eandem euincere queat, ideòque huiuſmodi exiēs materia coctionis veſtigium ſecùm vehere non poterit; quamobrem ſi peccântes materiæ eæ non extiterint, quæ à natura in euacuationis vias emandantur, eæque, & non aliæ coctionis character non geſſerint, tunc ſanè illa euacuatio irrita, neque ab eiuſdem naturæ

lege

lege peracta eſt prædicanda, cum ſecundùm Galenum in aphor. opus ſit præire coctionē, ſubſequi ſeparationem,& deindè fieri iudiciū quod aduerſa pars fateri vel inuita cogitur.

Sed quid aſſeuerabunt tales homines, in ijs morbis,& potiſſimum acutis,qui inſenſibilitèr, abſque vlla ceù excretione abolentur, vt cōtigit percuſſo ab Antiphilo in epid.quid dicent? an euacuationem expectabunt, cum nullum ſenſibile agnoſcant iudicium,ſicut nō rarò cōtingit dum febris ſuam abſumit materiam,aut inflammatio ſuomet calore conſumitur,quid promulgabūt in ijs morbis qui ſola coctione ſibi ipſis fines imponunt,nec illud attendunt iudicium, cum eadem coctio iudicij vicem gerat; vanum ergò eſt aduerſæ partis ſubterfugium, infirma reſponſio.

Quare non omni illuceſcenti coctioni ità fidè credendum,cum nonunquàm non genuina eſſe compareat,eorumue quæ ſpondet nihil obſeruans; eam tamen vt ſalubrem ac naturæ lege plaſmatam amplexabimur,quæ hoſtilis materię indicat imperium,quæuè inchoatam diſgregationem in fidam materierum conſocialitatem benignè commutat; idque non ab initio pangit,cum non leui grauamine quaſi humata compareat,ſed præfixo ab eadē

natura optimo termino.

Cæterum hìc videtur nouum aſſurgere offenſaculum, dum coctionem ab initio patratā damno, atque vitupero; ea ratione ductus, qua Hippocrates 2. epidem. ſect. 1. aiebat: etenim eorum qui ſtatim morituri ſunt cæleres fiunt iudicationes, quæ verò in melius vadunt, non ſtatim apparent: quod comprobare intēdens lib. de humor. dixerat. Decretoria nè ſtatìm appareant: & tamèn idem ſenex in aphoriſ. coctionem ab initio emergentem vt optimam prædicat, atque commonſtrat, aiens quod ſi ſtatìm ſputum appareat morbum breuiat, ſi verò poſteà producit: At meo quidèm iudicio huiuſmodi obicem ſic ſanè turbarem, aſſeuerando ſputum ab initio proſiliens omen eſſe morbum infrà breuiſſimam temporis intercapedinem eſſe terminādum, ità ceù, quod & ſi videatur ab initio promanare, ſi morbi tamen finis perpendatur, non principium ſanè dicemus, ſed vel incrementum eſſe ſtatuemus vel ſtatum exiſtere credemus, vt cōtingit potiſſimùm in morbis peracutis, qui ſecundo, vel quarto die vel necant hominem, vel limites ſibi præfigunt, atque idem aſſeuerandum eſt cum Hippocr. in coacis aſſeruit: quibus vrinæ citò ſubſidentiam habent, hi citò iudicantur.

Quod

Quod ſi fortè fortuna hæc explanatio dubium non complanet, dicendum, haud eſſe in difficili habendum, in morbis particularibus, ac certam quandam partem obſidentibus, citàm coctionem innaſci, vt in vniuerſalibus ac vniuerſam corporis molem laceſſentibus, nàm ſicùt in morbis thoracicis vrina bona non bonum prædicauit Galen. eò quia vniuerſalis non extat affectus, nec illius morbi propria criſis, ſed [anacatharſis,] ſeù ſputum; ità neque admodum ardua res eſt in bonis ducere ſputum ab initio coctum; faciliùs namque eſſe crediderim, naturam poſſe exiguam materiæ portionem coctioni deſtinare, eamq. in vna parte, atque feruidiori ſtabulantem (vt thoracica inſpicitur intercapedo) quam maiorem materierum molem, eamque in omnibus partibus ſtagnantem pariter digerere.

Sed ſit vtcunque, ea mihi videtur coctio bonitatis imperium obtinere, quæ videlicèt tempeſtiua illuxerit, quæuè in humore morbum plaſmante ſuas fixerit radices, eaque gradatim inceſſerit, ac ſine interruptione, ob idque 11. coac. vrinam damnat, quæ repentè, prætèr rationem, & parum coquitur; & rupta eſt. in epidem. quæ ex pernicioſiſſima ſubitò in meliorem commutatur, natura enim particu-

latim

latim qualitates adigere ſtudet, nec quicquã repentinum vel patitur, vel molitur; per media namque fit motus ad extrema, vt ſcripſerat Ariſ. ratioque confirmat, cum fiat actio, & reſiſtentia, in pepaſmo enim nõ ità facilè itur ad ſummum, ſed quidam gradus exiſtunt incipientis ſcilicet perfectioris, ac perfectiſſimæ coctionis: non enim facile ità eſſe videtur vt natura confeſtim maximi hoſtis vires infringat, quamuis enim natura morbi victoriam anhelet, inuè eundem agat, reagit morbus ipſe in naturam, cum agens agendo repatiatur, indeque diutinus inſtat triumphus, cum non cæleriter fugiendo, ſed fortiter ſtando, pugnandoque paretur victoria, vt ſignificauit Galen. 3. de criſ. fortis namque hoſtis, ab impari nequit innimico profligari, imparibus fortè viribus eluceſcentibus; haud ſecùs quàm duo intèr ſe colluctantes, vnàque certantes ancipitem reddunt triumphum, ob virium imparem conditionem; cum alter altero fortior emicet, quorum vegetior vnus, ingenioſior alter, ambo tamen luctam adire cernuntur; iſq. qui ingenio quaſi ouans accedit, ſe ſe viribus caſſum intuens, aduerſi hominis palmã pauitans, varijs impulſibus, omni adhibita opera in humum eijcere queritat virum, indeque

for-

fortitudine impotens, ingenio eundem excu-
tit, dum vnum ex pedibus intèr alterius pedes
sàt argutè committit, impellit eundem, ac vl-
timos ferè apponit conatus, vt eundem euin-
cat; at illuditur ſanè, nec valet ingenium, ſed
ars eluditur arte, dum fortior, quamuis pænè
victoriæ ſubditus, terræque factus ſodalis, ala-
criori animo, viribus intenſioribus factis, pro-
tinùs aſſurgit, inuè aduerſum virum alacritèr
inuehit, eumque ſic dimouet, ſicque pertur-
bat, vt eundem euincat, ac turpitèr ſuperet;
idque ſanè cõtingere videtur naturæ, ac mor-
bo; duos enim colluctantes exiſtere milliès
probauit Galen. qui dum ad inuicèm congre-
diuntur, atque decertant, alter in alterum ſæ-
uit, ac horum vnuſquiſque adoream anhelat,
inſurgit morbus, obſiſtit natura; adoritur ille,
hæc pugnam init; atque ità ipſis ad inuicèm
dimicantibus, victoria manet anceps; ſed en
natura, quamuis viribus impar, fæſtiua aſſurgit
ac fugaci coctione, quaſi vno ex pedibus mor-
bo commiſſo, eundem profligare intentat, ſed
ſuæ ſubindè temeritatis pænas exhibet, dum
morbus alacrior factus, naturam expugnat, ac
prorſùs euincit, vndè cruditatis rurſùs emer-
gũt ſigna, ſicque morbi prodit imperium. hoc-
que iure fugax hæc coctio ſuæ infidelitatis pã-

dit

dit effectum, ac fugacem bonitatem funeſto ægrotantis euentu monſtrat, atque declarat; indeque ſenex lib. prænot. tex. 11. anſam depromſit aiendi: ſi intermiſerit, & aliquandò pura mingatur, aliquandò verò ſubſidet albũ, ac leue, diuturnior fit morbus, & minus ſecurus: vndè eam coctionem bonam prędicabimus, quæ non fugax, non errans, nec repentè illuceſcet, ſed quæ conſtans, firma, ac ſtabilis eſſe videbitur; vnde meritò Hippocr. in coac. decantarat: Vrina albam habens, & leuem ſubſidentiam firmatam, cælerem dimiſſionem ſignificat: quod volens in prognoſt. confirmare dixerat: optima verò eſt vrina, quum fuerit alba, & leuis ſubſidentia, & æqualis per totum tempus donèc iudicatus fuerit morbus, ſecuritatem enim ſignificat, & morbum fore breuem; ſic enim magis triumphans gloriabitur coctio, quæ aliàs nec fida erit, nec vtilis eſſe iam valet, cum neque morbum profliget, nec ſymptomatũ diritatem eneruet: quare optimè inſinuauit ſenex in coac. quæ in malis ſignis leuantur, & in bonis non remittunt, difficiles ſunt; idque non ab re in caſu noſtro; cum eadẽ coctio inſidioſa eſſe illuceat, ac niſi natura vltimos conatus apponente, aut alterius fortis materiam adire incipiente.

An

An' antè coctionem nonunquam purgatio cælebrari queat abſente Turgentia. Cap. VI.

VIdimus ſuperiori capite coctionem tantoperè ab omnibus declamatam, non ea poteſtate referri, vt ſemper indubius ſalutis exiſtat nuncius, ac perenne ſalubritatis omen, (modò vt diximus intelligatur) & quamuis longa ac inconcinna verborum ſerie id pro viribus exararim, adhùc tamen eandem ſub incudem reuocare compellor, ea potiſſimum lege coactus, cum multos intuear, quinimò omnes inſpectem adeò huius coctionis fidos aſſeclas, vt nullum exquirant medicamentis agitare, niſi eandem quaſi benignum ſydus emicare comperiant, eo ſanè Hippocratis oraculo ducti, quo in aphoriſ. aiebat; concocta medicari, atque mouere, non cruda, neque in principijs, modò non turgeant, plurimum verò non turgent.

Cæterùm non rarò ijdem impelluntur in fraudem, atque Hippocratis normam ſæpæ funditùs delent, dum, & ipſummet Senem in

Digitized by Google

morborũ primordijs, catharticis non vno in loco vſum fuiſſe comperimus, quorum locorũ ſiluam ſat oneroſum eſſet dimetiri, eam tamẽ vniuerſali ſtatuto perorabo; quod ſanè Hipp. in aphoriſ. diſcurrenti innoreſcit, illudque ſequens eſt: in principijs morbum, ſi quid tibi videtur mouendum moue, cum verò conſiſtunt, ac vigent meliùs eſt quietem habere: quod aliàs vtputà lib. de locis in hom. paritèr ſanciuit, dum dixerat: quum impetu fertur morbus, & ægrum, & Medicum a curationibus abſtinere oportet, ne quid mali inducatur: idque lib. de affect. tex. 2. clariùs ſignificarat aiens: Aegrotos ſtatim in conſtitutionis morborum principio conſiderare oportet qua re opus habeãt, & quales ſint vt pharmaco purgentur, aut aliud quid, quodcunque volueris exhibeas, ſi verò omiſſo principio ad finem iàm vergente morbo aliquod exibueris, inde laſſato iam corpore forte quiddam præbbere veritus, periculum eſt ne magis delinquas, quàm ſucceſſum conſequaris:

Nullum ergò temporis interſtitium erit magis congruens, ac magis appoſitum, pro pharmaco iniugendo, vniuerſali principio; eò quià humores in ſummam ferè hominum perniciem adacti; ob idque incoctiles, cum per vniuer-

niuerſam corporis molem oberrent, plerumque languentes ad vltimum tranſuehunt diē exitioque tradunt; idque vel ab initio ob nimiam copiam exequuntur, vel adaugeſcente morbo, ſi vires vegetiores extiterint, aùt denique ad ſtatum peruento, ſi vires adhùc magis conſtiterint: quamobrem vniuerſale morbo principium sàt conſentaneum eſt purgationis tempus, cum natura tunc temporis vix morbi pugnam indixerit, nec aliqua labe à putrido humore fuerit turpata; quod ſanè minimè contingit morbo ad augmentum properante, cum natura languidior exurgat, tùm ob febrile cauma, tum pariter ob morbi pugnam, cui ſempèr tanquàm imbellis, ac impotens natura manus dare conabitur: idque Senex viſus eſt ſancire lib. de præcept. tex. 4. lib. de loc. in hom. & millies alibi,

Verum vt quod adhùc obũbrauimus, perſpicuum, ac clarius euadat, ſatius eſſe duxi hanc legē ab eodem Hippocr. expunctam, eiuſdem exemplis comprobare, vt ſubindè ab illo normam expingentes, è tenebricoſa mole, ad veritatis iubar trāſuehamur. & primò quidem quis ignorat Hippocr. innumeris pænè pharmacum iniunxiſſe morbo tantummodò agnoſcente primordia, & inchoante, in quo

temporis interuallo Galenus primo aphoriſ. nunquàm coctionis ſigna adſtare poſſe decantauit;an non in cauſſo 4. acut. Senex pharmacum iniũxit,dum talia dicta panxit: At ſi mollem,ac vacuum ventrem habenti febris ardẽs ſuccedat,ſiquidem tibi idonea viſa fuerit purgatio,id antè tres dies ne fæceris, ſed quarto: quamuis apud eundem ibidèm tex. 50. de principij inteſtitio verba contexens,illud quĩtum plaſmarit diem, vt ſequenti prolato sàt benè innoteſcit: Tales verò ſiquidèm ab initio purgare volueris; id antè diem quintum facito,ſi venter murmurarit: indeque Galen. in comment. ſic eloquendi ſumpſit anſam: qua oratione morbum antè decimumquartũ diem coctum eſſe non poſſe ſignificatur: quinimò Hipp. in acut. tex. 52. pleuritico quarta morbi die purgans medicamẽtum inſtituit: & 2. de morb. tex. 17. de Peripneumonia diſſerens,ſic nobis inſonuit: Aluum autèm in primis quattuor; aut quinque diebus ſubducere oportet,& hoc paulò ampliùs,quò,& febres obtuſiores ſint,& dolores leuiores:& lib. de affect. tex. 18. Tertiana febris cum appræhenderit, ſiquidèm videbitur tibi non purgatus eſſe, quarto die pharmacum dato:& 3. de morb. tex. 22. At ſi æger biliosus ſit natura, & non

& non purgatus, correptus ſuerit à morbo, priuſquàm ſaliuam biliosãm expuat, medicamento bilem probè purgato, & 3. de morb. tex. 6. de Peripneumonia ex febre ardente emanante ſic loquitur:& primis quidèm diebus deorsùm purgato: & lib. de morb. At ſi nō ab ibitio ægrum curandum ſuſceperis,ſed. ſignis in lingua exiſtentibus, ſinere oportet donèc iudicationes præterierint,& linguæ ſigna mitiora facta fuerint;tanquàm ſanè primi principij intercapedo purgationi ſit deſtinanda;quod in vnctore apud Harpalidem 7. epid. ægr. 10. viſus eſt ſenex comprobaſſe.

Prætereà id melius innoteſcit etiàm 7.epidem. in ea hiſtoria Fullonis qui erat in Syro Phreniticus, dum ait hunc hominem puram habuiſſe vrinam,ſine vllo ſedimine,& tamèn ſubdit: numquid ob deiectionem à thapsia decimaoctaua dimiſit emollitus morbus ſinè ſudore? Magnum (vt ſubiungit Valleſius in comm.) magnum ſanè exemplum ijs quibus non placet expectari ſemper ad expurgationes humorum concoctionem, ſed ob morbi magnitudinem,& vrgentem neceſſitatem dari aliquandò pharmaca ſine illa: ob idque fortè aliàs vocem ingeminando dixerat: Ego quidē citrà coctionem aliquandò dari phaımaca poſſe

res naturæ gratiam ſuſceptare renuentes, nulla expectata coctione deturbabimus, idque pharmaco vtique pangemus, ne ſubindè adoleto iàm morbo, miſerrimæ naturæ tribuatur occaſus; hacque de cauſſa Hippocr. conclamauit: in principijs morborum ſi quid tibi videtur mouendum, moue: circà enim principia, ac finem omnia imbecilliora protulit idem, quemadmodum in ſtatu omnia ingraueſcere autumat, omniaque vegetiora euadere præſumit; ea ergò temporis intercapedine expugnandus, obruenduſuè hoſtis, cum ceù natura eualeſcit, acfortis exiſtit, vt eadem in morbis adminiculāte generoſior ſuccedat excretio, indeque innimici humoris infringatur poteſtas, vndè benè Galenus 2. aphoriſ. 29. ſic eloquutus eſt: vt coctiones citiùs eueniant, melius eſt circà principia euacuare, quò minorem iàm factam materiam faciliùs poſſit natura concoquere, morbo autèm conſiſtente, cum iam natura concoquit, ſuperfluum eſt euacuare. quamobrem antequàm malignus, ac cacohetes humor corporis ambitum peruadere comperiatur, ſanguiniſue molem fędare, tunc ſanè exturbandus, atque tollendus: quod ſanè ab initio patrabimus, ne venefico humori ſuppeditatis inducijs, vniuerſam corporis

com

Digitized by Google

compagem idem demoliri, atque turpare praeſumat.

Nec id quod aſſerunt mihi videtur ponere offenſaculum, vnàque obſtare, aiendo ab initio ſcilicet inutile cum vtili miſceri, vnàque combinari; ſicque in euacuatione cælebranda excerni pariter vtile; non obſtat inquàm, neque hoc Hippocr. normam delet, dum lib. de loc. in hom. tex. 46. ſic fatur: nam etiàm ſi quid de ſano abducatur, vnà cum ægro, nullum detrimentum eſt: deteriùs ſiquidèm erit, nulloque remedio indigens, ſi vniuerſa ſanguinis compago veneficum ſortita ſit contagium; prauamque putrilaginem adepta fuerit tunc enim vegetiorem habebimus hoſtem, neque humana ope euincibilem: ſi quis enim (aiebat Senex) morbos incipientes curet, neque longi fiũt, neque periculoſi, ſi verò nõ curet, aut malè curet, & longi fiunt, & ſæpæ etiam occidunt; ob idque ipſe quoque lib. acut. tex. 20. excuſare errata videtur, ab initio admiſſa, quæ alio tempore fortè reſpuiſſet.

Neque ob id ab initio purgationem peragere in errorẽ duxerim, modò debitè quidèm intelligatur, non enim perpetuò purgandum eſſe cruda exiſtente materia ratus fuerim, ſed cum vel turget (quod apud omnes vtique patet)

patet) vel vrget, vel cōcoctilis haudquaquam eſt humor; quod in epid. comm. Valleſius commonſtrauit, & quid magis vrget queſò vos quid? niſi hoſtilis, diraque materia, malignus humor, qui non longè abeſt ab arce, verum propè eſt, liminibus ſtabulatur in corde ceù fonte vitali, in quo ſedem ſibi parat, ad illudque præceps appellit; quare ſi turgens materia eatenùs è corporis ergaſtulo deturbanda, quatenùs videlicèt periculum inſtat, ne in aliquam partem ex precipuis irruat non innoxiè: an fortè ergò cor vitæ ſedes, ſpirituum opifex, ac demum viuendi potiſſima radix, non eſt omnium artuum, ac viſcerum præcipua ſedes? cur ergò ab eodem, pharmaco adhibito huiuſmodi venenatus humor non arcendus? cum igitur humores in veneficam hanc perniciem fuerint adacti, vt natura impotens ſit eoſdem edomare, non vtique coctio ſperanda, aut contemnendum principium, nè in coctionis ſpe perſiſtentes, ac naturæ victoriam anhelantes, eandem morbus expugnet, atq. debellet; abſonum ergò tunc temporis eſt naturæ iudicium attendere, quod nunquàm futurum eſſe comperitur.

Præterea non nè abſonum reputandum corruptas partes naturæ derelinquere, neque

corruptionis malitiam aut ferro,aut igne amputare,atque diuellere; non enim natura idonea eſſe cognoſcitur, illam partium corruptionem euincendi, cum impotens vndequaq; comperiatur,quamobrem medica manu opus habet,vt eandẽ extirpet, ac prorsùs aboleat; haud ſecùs ergò contingit ſi venis adſit putrilago,atque corruptio, quæ ſanè ex ſe,naturæ ſcilicèt ope nunquàm edomabitur,niſi purgãte pharmaco eadem expietur;nec enim tantæ perniciei inducia permittenda, nec expectandus eſt aut morbi vigor,aut aliud tempus,cũ haud'tutum ſit naturam eſſe vſque ad declinationis principium cum tãta labe duraturã.

Neque illud amabò reſponſum in medium afferant, quo ſanè aiunt ab initio ſanè materias nimis agitari; ſecùs autèm in ſtatu,quandò videlicèt coctio cælebratur; hoc namque prolatum in maximam admirationem meum tranſuehit animum : primo namque cenſent maiorem in humoribus agitationem præſtari, eò quia materia eſt incocta , quod ſanè vix percipere queo , ſiquidèm ab initio humor quamuis ſatis ditus,& maximæ actiuitatis,nõ eſt ità turpatus,nec ea labe fedatus, vndè hoſtis exiguarum eſt virium, nec ità validus, (de materia namque maligna mihi nunc temporis

poris ſermo eſt)vndè,& faciliùs euincitur,eiuſque remittitur vis, atque poteſtas;non enim natura poteſt diutina quaſi lucta, coctione inquàm eundem pedetentim euincere ,cũ generis ſit peruicacis, ac victrice polleat potẽtia,ob idque eneruandus eſt eius principatus, quod ſola euacuatione plaſmabimus, ab initio præſtita.

Neque enim huius excretionis munus naturæ committendum,aut aliqua eiuſdem naturæ criſis attendenda eſt,atque ſperanda, ſed deſperanda potiùs; natura ſiquidèm tunc temporis magnoperè fatiſcit, ac fatigata viſitur,tùm quia maximæ humorum cacohethiæ ſuperiorem ſe ſe peragere intendit,tùm quia cor perenne vitæ principium ab omni labe arcere contendit:vndè ſic elangueſcens, talique quaſi languore referta , ex ſe impotens ſanè,omni ope viduata,auxiliares medicorum queritat manus,vt eundem veneficum humorem compeſcere queat , efferamque naturam edomare , illumque tanquàm penitùs à natura diſſonum,& alienum excretioni dicare pariter valeat. quarè huic naturæ propenſioni medica non eſt abnuenda opes,quinimò confeſtim, ac humanitèr eidem eſt exhibenda: non raró enim in peſtilentibus,ac malignis fe-

bribus mala aſſolet criſis emergere,quam niſi præueniamus,mortem præcipitem aduentare cernamus. quamobrem quod eidem naturæ repugnat, immò & illi non parùm infenſat, quam primùm, nulla adhibita mora è noſtri corporis mole deturbandum, pharmacouè eiectandum. cuius cauſſà Galenus lib. meth. laſſitudinis vlceroſę curam contexens, in has voces irrumpit:quod alienum omninò eſt, cũ naturæ ſuæ gratiam ampliùs receptare nequeat,quàm primum educere è corpore tentandum eſt.

Verùm quidam ex Neotericis vt hunc nexum diſſolueret, aſſerere non veritus eſt, materiam ceù quæ nullum putredinis gradum adepta fuerit, eam ſcilicet eſſe à natura diſſimilem,eamque euacuationi deſtinandam cēſet:eam autem quæ putredinis notas inuexerit,euacuatione egere non autumat, verum illammet Natura indigere inſinuat, vt eidem coctionem inſculpat:prętérnaturalis enim calor reluctari videtur. At meo quidem ſenſu fallitur huiuſmodi auctor, longèque decipitur; illud ſiquidèm quod putredine turpatũ non cernitur,naturæ ſanè alienum ac diſſonũ eſſe vtique nequit: nì velit tali prolato illud promulgare,hos ſcilicet humores impurridos

faci-

faciliùs deturbari.ſed quamuis hæc hypoteſis admittatur,dicat mihi amabò præſens auctor, curnàm Galenus 9. meth. cap. 10. inſinuauit: ergò id quod corruptum eſt, id alienum a natura eſt,quod tale eſt,id ſe auferendum natura dictat:cùr aliàs ingeminauit vocem aiendo: Putridorum medela eſt euacuatio? non ergò eſt ità explodendus humor putredinis notas habens, ſi liceat Galeno Galenum tueri,ſunt enim vana effugia, irrita ſuffragia.

Sed vlterius ſermocinatio diuagetur;negabitur ne mihi,abnuent aduerſarij,Medicum ceù naturæ opera conſectari, quæ ſi ab eius imperio ac ſuperioritate innaſcantur, eadem proſequenda eſſe perhibebat Galen. 1. aph. 21.ſicut ſi eadem a morbi poteſtate emergāt, medicam opem inhibendam eſſe cenſebat. quid ergò in hydropum affectibus aſſeuerabimus?numquid, aluum ab initio citatam optimum eſſe non credemus? cum idem Hipp. 2. de morb. tex. *69.* ſic fari cæperit: Huic ſiquidèm aluus turbatus fuerit,proximus ſanitati eſt, ſi verò non turbetur,medicamentum deorsùm purgans dato,à quo aqua purgetur, & aliàs dixerat,vtputà lib. de aff.tex.23.Hūc ſiquidèm a principio acceperis,priuſquam aqua ſuccreſcat, pharmaca bibenda dabis, a

qui-

Digitized by Google

quibus aqua, & pituita purgetur, bilem verò ne moueto: ſic lib. de iudicat. tex. 11. vocem ingeminans dixit: ſi a pituita alba occupato, alui profluuium vehemens accedat, (ceù in principio) ſolutio fit: en' ergò Hippocr. in hiſce materijs, quamuis cruditatis ideam vehētibus, medicamentum iniungit: quinimò naturam ratur in morbi exordijs sàt bene plaſmare motiones, cum natura tunc onere ſe ſe eximat, ac materiam quam edomare nequit, foras eiectat: nam initio elapſo, augmento iàm fluxo, atque ſtatu tranſcurſo, materia maiorē labem comparare comperitur, proindeque natura viribus caſſa, & viduata, impotēs quaſi reddita, eandem materiam nequit præ imbecillitate traijcere, præque incoctibilitate domare.

Protinùs ergò, & inchoante morbo, huius ſortis humores deturbandi veniunt, ne maiori præſtita tùm intenſiuè, tùm extenſiuè putrilagine, priuſquam ægrotātem expurgemus, eundem præcipitem tradamus in mortem. Bene ergò ſe illum gerere Medicum ratus fuerim, qui materiam veneficam intuens, putridam, ac prçternaturam primatum affectantem, priuſquam eadem reliquos humores in contagium ducat, eandem eijciat, atque deturbet,

turbet; nè ſubindè coctionem ſperans, ab illa materia inſperatam mortem inſpectet. ob idque reor Hippocr.3.epid.ſect.3.tex.29. morborum peſtilentialium conſtitutionem enarrantem ſignificaſſe, illos nempè ab hoc contagio euaſiſſe, quibus aluus commodè erat turbata:vndè meritò Theophraſtus,Paracelſus,& Mattheolus vnum illud protulere, omnes ceù a peſtilentia correptos euaſiſſe, qui videlicèt purgans medicamentum ab initio ingurgitarant; indeque autumarim Galenum 5. meth.cap. 12. aſperæ arteriæ vlcerum curationem explorantem,meminiſſe obitèr eorum,qui peſtilentiæ tempore eodem vitio ingemuere,ſicque in hæc erupiſſe verba:Hi mihi facilè ſanati videntur, quod præſiccatum ijs,præpurgatũque totum corpus fuerit,quippè cum,& vomuerint ex ijs nonulli, & omnibus venter profluxerit:

At quoſdam exilientes intueor, & aientes huiuſmodi motitationes à natura plaſmatas tempeſtiuas extitiſſe, & in tempore euacuationibus deſtinato,vt in declinatione,ſiquidẽ opus eſt coctionem pręire,ſubſequi ſeparationem,& deindè fieri iudicium,& quamuis hoc in Galenica doctrina ſit verum, inferiùs tamẽ hoc tritum non eſſe ità perſpicuum explanabimus

bimus. ſed eia ità eſto, euacuationes nempè iſtas in peſtilēcialibus morbis recenſitas tempeſtiuas extitiſſe; cum Hippocratem nec principij, nec declinationis memorem intueamur; cur tamèn 6. epidem. eundem accipimus illius virginis Lariſſeæ hiſtoriam enarrantem, quam ab initio euacuationes obtinuiſſe promulgat, nullo præexiſtente coctionis veſtigio? ex quibus id tanquàm verum exſurgit; primò nimirùm, deiectiones inchoantibus morbis, & a natura plaſmatis, vt bonas ſuſceptādas eſſe, ſecundò verò eaſdem cruditatis adſtantibus notis fuiſſe benè a Natura promotas.

Sed ſi Metonis hiſtoriam primo epidem. ſect. 3. ægroto 8. inſpectemus, longè clariùs id quod diximus innoteſcit, iſte namque præter aquam ad purgandum ab initio eidem exhibitam, vt vult Valles. ſtantibus cruditatis notis, hemorragiam è naribus habuit, quæ ſane balneis ſecundum caput fuit adiuta, clarum omen optimæ euacuationis à natura abſque coctione patratæ; quam ſanè nunquàm Hippoc. acceleraſſet, niſi eandem profuturam eſſe inſpectaſſet; qua ſanè hiſtoria fit nobis palàm Hippocratem in humoribus apepſiā ſeruantibus euacuationem prodeuntem non dānaſſe, quinimò eandem vt optimam irritaſſe.

Quic-

Quicquid tamẽ ſit, vt procul'adſit dubietas clarè aſſeuerandum crudos, nonunquam morbos, eoſque potiſſimum cachoetes, ab initio quidèm, & ex arte curatos, vitam attuliſſe multis, ſicut eoſdem neglectos ob expectatam coctionem quę minimè ſperari valebat, multis exitium tribuiſſe: materiam namque crudam non purgare ab initio, ſed expectare coctionem, & declinationem, bonum eſt; at ſiquidèm ea vel turgens eſt, aut venefica, neceſſe eſt, vt eam vel crudã educamus, vel coctionem expectantes, mortem ab illa materia illatam videamus; vt optime decantauit doctiſſimus Capiuacc: Neque enim hac aſſertione cenſendum eſt, me velle indifferenter, atq. perpetuò incoctam materiam eſſe deturbandam; id namque eſſet vniuerſam Medicinam velle ruinæ exponere; illud tamen aſſerere nõ verebor, nonunquàm ceù huiuſmodi crudas materias eſſe è medio tollendas, cum vel turgent, vel vrgent, vel coctiles haudquaquam exiſtunt; & vt ſummatim dicam, cum eædem motionem habere cernũtur, nec cuidam parti figi, inhæreſcereque videntur: quod ex Hipp. conſtat lib. acut. per hæc verba: quicunque ea quæ inflammata ſunt, ſtatìm ab initio ſoluere conantur, hi de intento quidem ac inflã-

mato nihil auferunt, cum non cedat, quæ adhùc cruda eſt affectio: in quo caſu materiæ parti inhereſcentes euelli nequeunt, ob firmã earundem ſtationem, ſicque a medicamento eradicari haud'vtique queunt; atque hoc forsàn ſibi voluit Galenus dum ſæpiùs dixerat: Tales igitur humores euacuare conuenit, qui ſunt in motu, & latione, & fluxu, eos verò qui ſunt in aliqua corporis parte firmati, neque medicari, nec vllo alio medicamento mouere oportet: vnde aliàs decantarat: nam vel priuſquam in aliquam partem firmentur humores medicandum, vel poſteà cum ad maturitatem fuerint perducti: quinimò lib. de compoſ. medic. ſecund. loc. & 4. aphor. primo. talia nobis intònuit: Cùm igitùr ſuperabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, non dum in aliqua parte firmati, tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente; eos verò qui in aliqua parte ſunt firmati humores, non oportet mouere: quinimò immediate ſubdit: ſic igitùr, & illud dictum eſt, quicunque inflammationes in morborum principio &c. atque hac ratione idem Galen. 13. meth. à quolibet & ſi leui medicamento retrahit manum in he-

patico

patico phlegmone,ob ſummam vt credo materierum fixionem,quemadmodum in erroneis,-vagis,ac fluxilibus humoribus adminicularem,atque benignam exhibet manum:ſicque Senem contemplamur lib. acut.tex.44. vrinis craſſis,ac nebuloſis exiſtentibus purgationem imperaſſe,dum dixerat:quibus in principio vrinæ nebuloſæ;aut etiam craſſæ ſunt,tales depurgare oportet,ſi etiam alia contulerint:nec ob id cenſendum illam in vrinis craſſitiem coctionis eſſe præſagam;vt autumat Valles.in comm. tùm quia coctio ex Galen.morborum primordia non agnoſcit;tùm etiam,nam licèt coctio craſſitiem inuehat,ſed men tamen nec craſſitie refèrtum eſſe credendum, nec tenuitate præditum eſſe pēſitandum, ſed mediocri ſubſtantia inſigniri debere cenſendum. vndè meritò dixerat Senex in prognoſt:optima vetima verò eſt vrina quùm fuerit alba ſubſidētia,& leuis,& æqualis: quod intuens Galenus primo Criſ.17.craſſum ſedimen imperfectum coctionis indicium ſtatuerat:huiuſmodi namque vrinæ craſſitiem ſubiectantes, humorem quamuis crudum,non fixum tamèn prçſagiūt; eumque euacuationibus idoneum præſignificant.

Hincque motus Martianus aſſeuerauit in

febribus quæ venoſum genus pro ſuo veluti trono aſciſcunt, cum fluitantem, ac diſcurrentem vendicent humorem, proindeque non fixum, medicamentum poſſe recipere, quod indicabunt vrinæ, quæ tenuitatis explodunt immaginem, craſſitiemuè admittunt, vel ſymptomatum præſagiet varietas, vel denique ad euacuationes indicabit propenſio: proindeq. in hiſce caſibus cenſuerim cruda etiam exiſtente materia purgationem admitti valere; quod forsàn ſibi voluit Galenus 3. prædict. tex. 23. quandò dixerat: Sæpæ enim definitũ iam eſt, vt humores calidiores, tenuioreſque paratiſſimi ſint ad excretionem, crudis verò, & craſſis, aut per abſceſſum, aut per concoctionem natura medeatur.

Verùm hìc obitèr adnotandum eſt, an nimirum humores maiori æſtu, ac tenuitate prædìti, vt bilis, pro ſui dipulſione incraſſatione indigeant; cum ſuperiùs ratus fuerit Galenus tenues nempè humiditates excretioni paratiſſimas exiſtere; & quamuis eorum opinatum haud deſit, cenſentium bilem ad ſui excretionem craſſitiei eſſe indigam, cum coctio iurè craſſitiem inuehat, indèque arbitrantur eandem bilem vt tenuem vim medicamẽti aufugere, quod coctione inhiberi autumãt; quod

quod ſanè prolatum nec mihi ſatis arridet, ſiquidem cum iſti humores tenuitate aliqua inſigniuntur, ita vt cruditatis omen portendant, ob eorundem nimiam tenuitatem, vtiq. ijdē medicamento magis obtemperant, quam ſi craſſitie referantur; tunc enim magis hæreſcent, ac ab aliqua labe immunes minimè videbuntur. quare nulla putarim egere craſſitie huiuſmodi humores, dum tenues eſſe illucēt, cuius gratia fluxiles magis extant.

Neque ob id omnis eſt placata Charibdis, ſed adhuc noua emergunt offenſacula, eaque Hippocrates nobis obijcere comperitur, dixit enim 2. aphor. 29. in principijs morborum ſi quid tibi videtur mouendum moue, & primo aphoriſ. 22. ingeminarat vocem aiendo: concocta medicari, atque mouere, non cruda, neque in principijs, modò non turgeant, plurimùm verò non turgent; & aliàs primo aphor. 24. dixiſſe inobliuioſus erat: in acutis paſſionibus rarò, & in principijs medicamento purgante vtendum eſt, & hoc cum præmeditatione faciendum: vt ex his conſtet non leue dubium proſilire, dum 2. aphor. 24. decantarat in principijs eſſe mouendum, mox autèm a motione principium explodit. At vt mea afferam ſenſa, dixerim tunc nimirum in principijs eſſe

mo-

mouendum, cum humores ceù nullam obtinent inhereſcentiam, nec in lotio aliquid reperitur, quod cruditatis, ſeù fixionis omen portendat, vt tenuitas; ſed vel craſſities, vel propenſio, vt ſuperiùs propalauimus. quòd ſi hæc adſtare non cernantur, arcenda purgatio; verùm id vt plurimùm plaſmamus, cùm acutę paſſiones ſæpiùs ſint inflammationibus conſectariæ, quæ fixã præſeferunt in aliqua parte materiam; proindè euacuationi denegandus locus. quod ſi dixeris in primo morborum inſultu vberiorem materierum portionem eſſe in fluxu, ea quæ fluxa, & affixa innoteſcit; huic prolato huiuſmodi reſponſum adaptarem, aiendo, in hiſce caſibus duplicem materierum ſortem eſſe perpendendam, primamque eam eſſe reputandam, quę fluxura, & fluitans comperitur, ſecundam verò, quæ fluxa dicitur; vndè quænàm ſit magis exundans conſiderandum, fluxura ne, ac fluitans; an verò fluxa, & conculcata: & ſiquidèm fluxura longè magis exuberet, tunc ſanè à pharmaco non eſt retrahenda intentio, ſin autem vberior ſit fixarum materierum conditio, tunc profectò ab eodem medicamento auoluendus eſt animus & licèt in primo caſu medicamentum comprobarimus, non ob id tamèn materiam in

parte

parte adhereſcentem agitabimus; ſed eam duntaxat, quæ per vniuerſum corporis ambitum diuagatur; ſecùs autèm agendum arbitrandum, dum materia vniuerſa affixa videbitur, idque commoſtrabit vrinarum tenuitas; hocque ſibi voluiſſe Senem cogitandum, dum dixerat lib. de morb: quod ſi non ab initio ægrum curandum ſuſceperis, ſed ſignis iam in lingua exiſtentibus, ſinere oportet donec iudicationes præterierint, & linguæ ſigna mitiora facta fuerint, & neque ad purgationem faciendam clyſterem adhibueris, priuſquàm iudicationes prætereant.

Neque adhuc omnis eſt repoſitus lapis, ſiquidèm idem auctor in inflammationibus etiam viſus eſt cathartica adhibuiſſe, dùm lib. acut. hæc habet: At ſiquidèm dolor ad clauiculam de ſe ſignificationem præbeat, aut grauitas ad bracchium, aut circà mammam, aut ſuprà ſeptum tranſuerſum, venam ſecare prodeſt &c. ſi verò ſub ſæpto tranſuerſo fuerit dolor, ad clauiculam autèm de ſe ſignificationem non præbeat aluum mollire oportet, aut veratro nigro, aut peplio.

Pro diluenda hac difficultate sàt ardua, multi multa aſſeuerare pro viribus conati sũt, mihi autem eandem diluendi ſic animus conſta-

flagraret, aiendo, hoc ſcilicèt fuiſſe ab Hipp. patratum, quoniàm ceù ſpuria erat Pleuritis, vt omnes ferè autumant; quinimò Augenius negarat dolorem illum pleuriticum exiſtere; ſed lateralem, cuius opinati aſſecla extitit Duretus. vel aſſeuerandum eandem materiam turgere cùm ad hyppocondria tanquàm ad varias partes indifferentèr appelleret humor; quod ſanè Galenicæ turgentiæ eſſentiam effigiare ſat eſt; hæcque ſentẽtia arridere viſa eſt doctiſſimo Maſſariæ; immò eruditiſſimus Cardanus dixerat materiam in morbo laterali dũ fluitat turgentiæ ideam cofingurare, pro parte, quæ nondum fluxit, ſecùs autem pro eius materiæ parte, quæ iàm confluxit, vel deniq. dici poſſet hãc memoratam pleuritidem nullo pacto pleuritidis nomine eſſe inſigniendã: locus enim ille inferior, non videtur eſſe commodum pleuritidis domicilium: & proindè fortè Senex lib de Iudicat. tex. 11. decantauit: Non enim corripit febris vehemens locis impotentibus: quod ſi primo de morb. tex. 60. eundem contemplemur in pulmonum eriſipelate profligando catharticum imperaſſe, neque id nobis eſſe aduerſum inuiſitur; Salius enim in comm. autumauit, aliqua adinueniri medicamenta tantummodò lenientia, quæ

mem-

membrum ipſum inflammatione laceſſitum non contangunt, nec ab eadem aliquid trahunt, aut eripiunt,ſed prima duntaxàt depurant itinera,primaſque vias exagitant;ſicque improbanda in phlegmonoſis affectibus eius ſenſu minimè veniunt. ſed hoc prolatum mihi vtique arridere nequit,cum dixerit Senex lib. de morb. neque infuſum per clyſterem adhibendum eſſe. Verùm ſatiùs eſſe inſinuarim aſſeuerare, Hippocratem tunc temporis in pulmonum eriſipelate,medicamentum probaſſe,quandò nimirùm tantummodò materia fluitat,ac in partem affectam irreptat;tũc ceù cum ipſummet eriſipelas propè inſtare comperitur, inquit enim Hippocr. loco ſuper. cit. ſtatìm exhibebis:vel aſſeuerare non hęſitarim huiuſmodi eriſipelas ab acribus humoribus emerſiſſe, proindeque protinùs expurgationi animũ Senem volutaſſe; ſiquidèm 2. de morb. tex. 31. aiebat:quod ſi æſtate, vel autumno, fluat ex capite calida, & nitroſa fluxio medicamento purgare oportet: ſic etiàm lib.acut. tex. 34. in febre ardente ab ichoribus cælebrata, protinùs ad lac Aſinæ feſtinat.

Neque obſtabit in pleuritide quæ picrocholum ſupponit languidum, medicamen commendaſſe; hoc namque voluit ab initio

eſſe præſtandum,quia maxima ſupponebatur bilioſi humoris colluuies , qui cum ex ſui natura ratò figatur,perpetuòque oberret,vt milliès inſinuarat Galen. indè fuit vt Hippocr. medicamentum probarit,vt nempè materia illa quæ proxima potentia pleuritidem pangere poterat,vnàque oberrabat deturbaretur; ob idque dixit : priùſquàm ſaliuam bilioſam expuat,ideſt antequàm initium peruolet;hocque forſan autumauit doctiſſimus Septallius lib. ſuarum animaduerſ. dum dixerat, crudas materias præſeruandi gratià, non autèm curandi eſſe purgationi deſtinandas.

An

Digitized by Google

An excretiones poſſint eſſe bonæ non præcedentibus coctionis Signis. Cap. VII.

FVIT omnium Medicorum antiqua, & cælebratiſſima opinio, nunquàm ceù excretionē aliquam abſque vllo præcedentis coctionis omine poſſe à natura plaſmari, cum hoc tanquàm fidiſſimum ſit naturæ paſſionis indicium (non actus, & poteſtatis) & vì morbi, & cauſarum concitatæ, ac laceſſitæ, quò cæleriùs properat ad ſtatum, quàm expoſtulet coctionis gradus ea ſcilicèt Galeni ratione ducti, lib. de criſ. quia criſis vel in ſtatu, vel parùm antè ipſum fit; vndè ità vtique ſtatuunt, omnem aliam excretionem ſymptomaticam eſſe indigitandam, quia quicquid ex Galeno excernitur in morbo crudo ſymptomatis habet rationem: ob idque locum illum eiuſdem Galeni lib. 4. aphor. 22. adeò decantatum, ac tritum nobis adducunt, quo aſſerebat: quandò aliquis incipit morbus, ſiquid excernitur, nihil tùnc excernitur naturæ ratione, ſed omnia ſunt caſus earum, quæ præternaturam ſunt in corpo-

re diſpoſitionum, quo enim tempore natura grauatur, adeſt autem cruditas humorum, aliquid vtiliter excerni eſt impoſſibile; ſiquidèm oportet præire coctionem, ſubſequi ſeparationem, & deindè fieri judicium, vt bona ſit Criſis: coctio namque ſecundùm eundem Galen. quaſi certa lege vtile ab inutili ſecernere cōperitur, humoreſue expulſioni idoneos pariter reddere; quæ ſanè ſententia quamplurima ſanè detorſit ingenia, eòque eadem adegit, vt aſſerere non ſint veriti, nullam poſſe dari motionem; quæ abſente coctione, ſymptomatica non veniat nuncupanda; ſiquidèm coctiones (vt aliàs diximus) iudicij cæleritatē, ſecuritatemquè portendunt: indèque cenſent omnem excretionem ante ſtatum plaſmatā, expultricis facultatis irritamentum, ac paſſionem extare, eamque neceſſariò malam eſſe promulgant, vt quæ nec integrè morbum profligare queat, nec fidè, nec tutò; ideòque dixerat Galenus 3. de Criſ. cap. 3. neminem ſe vidiſſe pereuntem ex ijs qui præcedentibus coctionibus crisim fuerint experti, ſed quamuis hæc vt plurimum veritatem ſapere cernātur, non ob id tamen proteruiendum eſſe crediderim, & autumare aliquam eiectionem bonitatis immaginem ſubiectare nequire ab-

initio

initio patratã:ea namque criſis optima à Gal. 3.de Criſ. cap.3. vocitatur,cum ægrotante (vt eius vocibus vtar) criſim paſſo, febris ſoluitur,atque alijs accidentibus æger liberatur, & meliùs fuerit coloratus,pro ratione euacuationis,cum melioribus pulſibus,& ad ſurgẽdum robuſtior,aut cum Hippocr. fuerit iudicatus;cum ex Hippoc.decreto lib.de præcept. tex.12. eadem iudicatio ſit morbi exſolutio: ſed quotieſcunque probarimus multos perfectè iudicari, nulla coctionis habita nota, meam firmabo ſententiam, qua ſuſtinere decreui, vel ſtantibus cruditatis indicijs excretionem ab initio à natura præſtitam nonunquàm eſſe in bonis ducendam.

En virgo lariſſæa, quam ſanè huic noſtræ quæſtioni anſam dediſſe credimus,en inquam iſta,cui tertio multa fluxerunt ab aluo, vt aqua biliosa , & ſequentibus fluxerunt hæc cum bona tolerantia , quarto minxit tenue,paucum;atque eandem iudicatam eſſe perhibuit Senex, quod ſi Galenum in comm. intueamur,contemplabimur vtique hanc mulierem commodè excreuiſſe; commodè quidẽ (vt idem inſinuat) quoniam ea quæ infenſabant, excernebantur, & conſequenter conferentiæ , ac tolerantiæ immaginem configurabant

bant

bant. atque id crediderim in omnibus euacuationibus eſſe attendendum: ſi enim conferre cernantur, tunc ſanè eorum aſſequuntur vltimatum finem, illudque quod debent paritèr pangunt: quod innuere præſumens Hippocr. primò aphoriſ. 1. in haſce voces irrupit: in perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, cõfert, & leuitèr ferunt, ſin' minùs contrà.

Quocunque ergò temporis interuallo euacuationes illuxerint, eaſdem criticas eſſe penſitarem, modò hæc ſecum vehant, gerantque, conferentiam nempè, ac tolerantiam; non enim euacuationes ſecundum Hippocr. ſenſu multitudine bonitatem redolere comperiuntur, ſed ſi talia eiectentur, quæ conueniunt, naturæque impensè ſatis negotia faceſſunt; in materijs enim incoctibilibus, vt liuidis, ærugineis, & ſimilibus, quamuis ſenex 4. aphor. 49. malitiam attulerit, eaſdem tamen benè exeuntes commendauit, aiẽns: excretiones liuidæ, cruentæ, fetidæ, praſſinæ, omnes malæ, ſed ſi proſperè excernantur, bonæ: in omnibus ergò euacuationibus ſiuè cum coctione; ſiuè ſine coctione patratis, tolerantiam attendere opus eſt; indèque Senex Hilæ famulæ hiſtoriam in epidem. enarrauit, quæ & ſi multum

eijceret,

eijceret, quoniam aderat conferentia, ob id in bonis ducenda erat huiuſmodi excretio; nõ enim abſonum eſt aſſerere, nonunquàm poſſe naturam conferentia ac tolerantia humores eijcere nullo in excrementis coctionis veſtigio eluceſcente.

Pro quo dogmate probando præter virginem Lariſſeam à nobis allatam, en'in Metonẽ primò epid. ægr. 8. mentem volutare decreui, qui ſecunda die aluum habuit benè reddentem, cum cruditatis ſignis, vt ex hiſtoria conſtat, & tamen perfectum aſſequi viſus eſt iudicium; quinimò ſanguinem fudit quarto die ͜, & Hippocrates huiuſmodi fluxui anſam dãdi gratia, adiutrices obtulit manus, quem ſi ſymptomaticum futurum eſſe iudicaſſet, non vtique auxilium tribuiſſet; ſed ne videar duos tãtummodò pro noſtro firmando dogmate caſus attuliſſe; en'mulier moroſa in Thaſo rurſus aſſurgit: vultque meũ comprobare prolatum: iſthæc enim tertia die ſudauit multo calido per totum, & a febre euaſit, quamuis Hippocrates ſubdat, circà tertium autèm diẽ vrinæ nigræ, tenues, appendiculum verò valdè rotundum, non ſubſidebat, circà iudicationem autèm multa muliebria fluxerunt, vndè Valleſ. in comm. sàt vtique miratur, aſſeritq.

hanc

hanc ſuiſſe cum ſignis cruditatis iudicatam; ſubdens: ſed quì potuit eſſe ſecura cum vrina tenui, & nigra, & ſedimento rotundo non ſubſidente? hoc enim vſtum citrà coctionem ſanguinem, illud atram bilem, & cruditatem ſignificabat. Præt. in Adoleſcēte Peregrino non nè tertia, quarta, & quinta ſanguis è naribus multus emanauit, & is iudicatus eſt ſexto? quāuis ſeptima denuò febre deprehenſus cum tremore eodem die iudicatus eſt. & quamuis multas, ac lentas deiectiones adiecerit, eæ tamèn magis redundantiam commoſtrabant, quam quod materia ſuperata reijcerentur. quinimò Nicodemus 3. epid. vigeſima quarta die multum candidum, multam ſubſidentiam habēs ac mingens, ſudauit multū calidum per totum, & ſine febre iudicatus eſt: neque inſinuandum hoc lotium coctionis ſimulacrum retinere; cum enim Senex aſſeuerat multam ſubſidentiam, multò maior indicatur copia, ea quæ optimæ coctionis ſoboles exiſtit, quāta nimirùm fieri aſſolet craſſis ſuccis per vrinam expurgandis: præterquam quod cum de ſediminis eſſentia ſit, vt extet leue, non vtiq. huiuſmodi lotium poterat coctionis notam circumuehere, ſed illud potiùs ſedimen erat, cuius meminit Galen, aſſerens, aliquandò da-

ri

ri vrinas, veram coctionis ideam referentes, eas tamèn cruditatis aliquid effigiare propalauit; Quinimo primò epidem. ægroto 10. Clazomenij hiſtoriam enarrat; qui cauſſo laborans, ſubdit tamèn Senex: ex ventre autèm ab initio multa, tenuia, aquei coloris reddebat, quoad deiectionem attinet, cùm bona tolerantia tranſigebat, vrinæ vſque ad finem tenues,

Sed nè in recenſendis hiſtorijs tempus videar conterere, eas omnes ſilentij imperio ſubijciam; nam vt doctiſſimus Duretus aſſerebat, legibus, non exemplis docendum, atque medendum: indèque tutiùs eſſe autumarim huiuſmodi opinatum rationibus comprobare; quod vt pangam, ſciendum, Hippocratem primo Icteritiam in aphoriſ. antè ſeptimum diem aduentantem damnaſſe; eò quia fortè antè coctionem illuceſcebat, & tamèn lib. acut. tex. 54. eandem optimam prædicauit, ſi eadē tamèn cum rigore proſilierit, cuius verba hæc ſunt: In febre biliosa antè ſeptimum diem cum rigore morbus regius accedens, ſoluit febrem, verum ſine rigore ſi accedat, extrà temporis occaſiones pernicioſus eſt: numquid rigor coctionem præſignat? numquid ille cruditatis explodit omina? non vtique: &

tamèn ſenex morbum regium cum rigore manantem maximè probat, qui ſi ſymptomaticus exiſteret, non ob rigorem ſanè euaſiſſet criticus; quinimò Plinium lib. 26. cap. 12. ſic fari accipimus: morbum regium in oculis, præcipuè mirari eſt, tenuitatem illam, denſitatemque tunicarum felle ſubeunte, Hippoc. à ſeptimo die in febre, mortiferum ſignum eſſe docuit, nos ſcimus vixiſſe aliquos ab hac deſperatione. Auenroes præter. lib. 4. cap. 40. talia faſſus eſt: quia dicit Hippoc. ictéritia veniens ante ſeptimum diem in acutis febribus malum eſt; reprobatum eſt experientia in omnibus noſtris terris, & ſi veniat in quintam diem laudabile multum eſt viua ratione, & maximè in temporibus calidis.

Ex quibus cõſtat, ictéritiam antè ſeptimũ, & conſequenter antequàm coctio illuceat, in bonis eſſe ducendam; quamuis doctiſſimus Mercatus hãc contradictionem diluere queritans autumarit, eam nempè ictéritiam antè ſeptimum cum rigore emerſam bonam exiſtimandam eſſe tanquàm cauſſam, quemadmodum eandem quæ abſque rigore exilijt malam eſſe vt ſignum ratus fuit, non ergò ſequitur omnem euacuationem cum cruditatis ſignis plaſmatam malam exiſtere, eandemque reijciendam. Sed

Digitized by Google

Sed vt vlteriùs me me inſinuem,nō nè Gal. 3.de Criſ. cap. 3. eam optimam indigitauit Criſim,ac criſim per excellentiam,cum morbus ceù ad ſalutem dirigitur, vnàque termi natur, aliqua media euacuatione ſubſtante; verùm quid amabò inhibet,vt natura nonunquàm ab initio rectè motionis opus exequatur, cum materias,quibus ſcatet eijciat, quæ naturæ offenſam imprimebant; quibus eiectis, & morbum demi neceſſum eſſe credendū; nàm vt aiebat Galenus: vacuatis humoribus morbi ceſſant: quinimò quamuis non rarò haud'deſinant, remitti tamèn non eſt abſonum aſſerere,cum ea(vt dixi)quæ naturæ inſenſabant,partim euacuentur,indèque ſaltèm illius iàm eiectæ materiæ gratià,morbi remiſſio fieri debet; ſi namque huiuſmodi materia per ſui præſentiam morbum inferebat,per eiuſdem abſentiam,debet idem profligari,atque is qui maximè exultabat; dum nimijs exundabat materijs, ſuæ audaciæ fines debet imponere,dum eius eneruatur poteſtas,materijs vtique ſublatis.

Immò nedùm vtiles huiuſmodi euacuationes vocitarem,ſed,& criticas quoque nuncupare non horruerim, cum eaſdem coctioni maximè profuturas crediderim, ea ratione

ductus,qua Galenus 2. aphoriſ. dixerat: Vt coctiones citiùs eueniãt,meliùs eſt circà principia euacuare,quò minorem iàm factam materiam faciliùs proſſit natura concoquere; quod ſi huiuſmodi euacuationes Arte paratę coctionem iuuant, vnàque accelerant; numquid'eas quas natura repanget, damnare credemus?

Neque enim temerarius, ac vltrà Naturæ præſcripta, motus à morborum initijs reputãdus,ſed potiùs nonunquàm ſatis cõſentaneus; natura namque tunc temporis magis viget,& conſequentèr maiori vì pollens,faciliùs materiam eiectare valebit,tuncque maior,ac fælicior ſuccedet euacuatio; ſi enim ingens adſit humorum illuuies,vt natura ijſdem ſuperſtes eſſe ſit impotens, quis ambiget eiectiones à natura plaſmatas, antequàm illa coctionis ineat opus, minorata plurimùm materia conducere? quod maiori iure Natura efficere videbitur ab initio, cum tunc temporis ea putredo non inſpectetur, quæ adoleſcente morbo comperitur, non enim tantus requiritur eiuſdem conatus,cum inchoante morbo materia ſempèr ferè mobilis nobis illuceat, ac naturę maximè parens.

Sed quæsò cur'ad expulſiones criticas coctio

ctio prærequiretur, an non vt ſuperiùs propalauimus, vt incraſſentur materię, quæ inuehũt tenuitatem, eæ verò quæ craſſitie referuntur, tenuitatem naſciſcantur? & ſi hoc ſanè naturæ ope habuerimus ab initio, quarè ſinè iſta coctione emergentes eædem materiæ, non criticę eluceſcent? immò in bilioſis morbis qui plurimam bilem pro ſubiecto ſibi aſciſcunt, (quam nulla, vt promulgauimus, aut coctione aut præparatione opus habere credidimus, ob ſummam eiuſdem promptitudinem ad fluitãdum,) an in illis ſine coctione facta euacuatio vtilis eſſe nequibit? non ſanè: ex ſe namque huiuſce cenſus humor naturæ ſatis obtemperans comperitur; quod clariùs conijciemus in hydrope Aſcite, cui tenues illæ, ichoroſæque materiæ ſtabulantur, & tamen nulla vi indigent præparandi, cum ex ſe in euacuationis vias poſſint irrepere, proindeque eaſdem in morborum exordio eſſe mittendas penſitauit Senex.

Neque obſtat eundem Senem 4. aphor. 22. promulgaſſe: inchoantibus morbis, ſi atra bilis ſuprà, vel infrà exierit, lethale: hanc enim euacuationem Galenus improbat per viam ſigni, non autèm cauſſæ.

Quod ſi ex eo quia crudæ ſunt materiæ ab ini-

initio, earum euacuationes improbandæ veniunt,indèque coctionem attendunt,id facilè falſum eſſe innoteſcit; non enim omnes crudæ materiæ ad eius expulſionem indigēt coctione, ſed eæ tantummodò quæ putredinem, ac ſegregationem ſunt adeptę.Cruditas enim multifariàm ab auctoribus depromitur; Primòque pro alimento inconfecto ſiue in ventriculi ſpacioſitate,ſiuè in venarum anphractibus,ſiuè tandèm in Iecinoris regione.Secūdò eadem cruditats deſumitur,pro humorum ſuperuacuitate, quatenùs aut nimiam inuehunt craſſitiem,aut vberiori tenuitate pollēt, aut frigiditate referuntur, aut denique nimia caliditate ſunt præditi. Tertio pro humorum ſuſcipitur vbertate, vtriuſque nempè humoris, bilis,aut pituitæ,modò vnus ex his, modò plures redundent,modò craſſiores, modò tenuiores, aut magis intemperati facti fuerint. Quartò denique ſumitur cruditas pro ſeparatis humoribus, atque in putredinem illatis,& huic ſoli coctio debetur, cum eadem coctio cum putredine aduerſam habeat naturam, ob caloris diſſimilitudinem, quæ intèr putredinem, ac coctionem intercipi comperitur,indèque hanc putredinem reſpectans Galenus aſſeuerat: coctio eſt quæ facit ceſſare putre-

dinem

dinem: in reliquis autem cruditatis generibus huiuſmodi non exigitur coctio, ſed præparatio duntaxàt sàt eſſe videtur, quæ quoniàm ex ſe, & ſimplicitèr nonunquàm in humoribus adinuenitur, ideò Natura eoſdem ſpontè excretioni deſtinat, vt non raro in Diarrhæis videre eſt, quæ aliquandò ab initio illuceſcẽtes, non parùm prodeſſe milliès experimur, neque à Medico tũc temporis prohibens manus porrigi debet, eas fortè ſymptomaticas rependens, eo ſiquidèm temporis interuallo virtus (vt diximus) ſuo robore caſſa haud cõperitur, ac proindè humorum inanitio à vehementi naturæ poteſtate confertìm peragitur, quæ ſanè à maxima morbi vì laceſſita, atque lancinata, & ſuccorum incoctibilitatis gnara, excrementa ab alituris ſegregat ſuccis eaque affatìm excernit; indèque Auic. huiuſmodi excretiones periculoſas haudquaquàm eſſe dixerat, quamuis eædem alia mala omina ſibi faciant ſonſectaria; fortem, validamq. virtutem ſupponentes.

Neque obſtat Hippocratem 6. epid. propalaſſe, in principijs expurgandum haud eſſe, quaſi naturæ excretiones ab initio improbarit, atque damnarit, cùm Medicus naturæ æmulator exiſtat; nàm idem Senex eodem loco ſubiun-

ſubiunxerat: quoniàm ſua ſponte in his temporibus expurgantur, proindèque à Medico non intentādas cenſet;cū natura operante retrahendum veniat Medicum adminiculum, eas fortè criticas reputans, non autèm ſymptomaticas: ob idque Galen lib. primò aphor. 21. aſſeuerabat: oportet itaque Medicum naturæ inclinationem animaduertere, & ſiquidèm idonea fuerit, adiuuare, ſin' autem contrariè ſimul',ac noxiè fiat,prohibere, tranferre,atque diuertere oportet:quod Hippoc.cōfirmarat. in epid. aiens: Reuellere ſi non quà oportet repant, ſi verò quà oportet,his oſcula aperire: quare ſi prænarratas excretiones ſymptomaticas agnouiſſet Senex, non vtiquè promulgaſſet: & propter. in principijs expurgandum non eſt, quoniam ſua ſpontè in his temporibus expurgantur:neque tantummodò (vt Martianus credidit) huiuſmodi ſententia de ſuperna eiectione eaque per vomitum præſtita verba ſubnectere eſt animus, ſed de inferna quoque,vt patet lib. acut.& alibi.

Quinimò quod mihì primas obtinere partes videtur,ac inſtàr omnium illud eſt; ſi namque Medicus non bene ſuo munere fungitur euacuationem exciendo,dum coctionis emergere incohant veſtigia,aiente Galeno 4.acut.

44.mo-

motiones coctiones frangunt, an'vtique eaſdem non natura confundet?non vtique: ſatiùs ergò ab initio excernet nonunquàm,cum natura adhùc coctionem non adijt,maximaq.adeſt humorum vbertas, virtutis præeſt robur, ille putredinis gradus haud' adeſt,qui temporis ſucceſſu, ac labentibus aſtris, ſuperſtite morbo, adeſſe comperietur. quinimò quod amplius eſt, humoribus mobilitas inchoante iàm morbo magis illucet,quæ in morbi decurſu abeſſe cernetur. eſtò ergò promoueri in homine euacuationem qui multa ſcateat pituita,ac natura retrogrado modo,ac ordine euacuationem plaſmet,ſiue irritata,ſiue ab initio nimio grauamine onerata, numquid' eiuſdem oneris exoneratio non conferre videbitur?dum natura ea degrauatur materia,quę naturæ negotium faceſſebat,nec eadem natura ob excretæ materiæ partem illud irritamẽtum ſubibit, cum materia,nec tanta,nec qualis exiſtat; dubium enim non eſt, tunc nempe naturam deonerari debere,quoniàm materiæ eijcitur portio,quæ naturam veluti excifabat; & conſequentèr ſaltem ratione illius humoris iàm iam a natura foràs emandati faciliùs ferre debebit: quod a doctiſſimo Valleſio in hiſtoria Periclis 3. epidem. ſect. 3. ægr. 6. ad

notauit ſudore multo calido quarta die per totũ,& a febre iudicatus eſt: ſubdit Valleſius: atqui cũ hoc fit, euenit quiddam aliud, quod rarum eſt, etiam minui febrem, & propria eius ſymptomata, materia coctionē non aſſequuta, ſed coquenda, quia euenit, vt & ſi materiæ alteratio creſcat aliquantùm, minuatur tamèn quantitas magis, & proindè affectus decreſcat: quid pulchrius dici poterat? quid ad rem noſtram aptius?

Verùm quid aſſeuerabimus in materijs incoctibilibus, in illis ceù quæ omnimodam putredinem, ſeù ſeparationem nactę fuerint, quęue naturæ gratiam amplexari renuunt, an in illis coctionem ſperabimus, vt criticè ſanè euacuari queant, tranſfluereque materiæ? non ſanè: quomodò ergò aliquandò euacuatio iuuamen non afferet, cruditatis illuceſcente nota? ſi ea tamèn eiectari comperiantur, quæ naturæ ſunt admodùm infenſa; indè quę crediderim Senem decantaſſe 4. aphoriſ. 47. excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, fætidæ, & bilioſæ, omnes malę, & ſi benè exeunt bonæ. quocũque ergò tẽporis interuallo eijciantur materiæ, ſi conferentiam, ac tolerantiam ægris inferant, in bonis ducendas eſſe credẽdum; quanquàm aliàs

excre-

excretiones liuidæ,fætidæ, cruentæ,bilioſæq. per ſe malam & cauſſam, & ægritudinem indicent.

Nec obſtat criſis intempeſtiuæ maximum eſſe indicium, naturam protinùs ad expellendum quod infenſat fæſtinare; cuius intempeſtiui aſſultus cauſſa ſit morbi violenta quædã irritatrix exiliens,& acuta,vt Gal.3.de. Criſ. cap.10.quod volens Senex in epid.confirmare dixerat: Eorum qui ſtatìm morituri ſunt, cæleres ſiunt iudicationes,quæ verò in meliùs vadunt, non ſtatìm apparent: ſed ſit vt ponitur, morbi nempè violentam irritatricem naturam ad expellendum ſtimulare,atque compellere,ex eaque irritatione ſubindè naturam excernere,quid ob id? an quia irritata a morbo, non benè excernet, & cur quæsò dixerat Senex lib. de Arte tex. 22. Natura irritata monſtrat peritis in Arte quid ſit agendum: quod ſi irritata Natura id Medicis commonſtrat,multò magis id ſibimet indicabit, cum illud irritamẽtum aut quantum, aut quale ſit, quod ſi quantum eſſe natura contempletur, illo ſe ſę deonerare contendet, ſi quale,ad expellendum irritabitur, modò robore non orbetur;cum aliquãdò Natura ità ſopita degat, vt niſi aliquo irritamento, veluti calcare nõ

pungatur, ad depulſionem non inſurgat, non rarò enim natura concocta materia conquieſcit, ac neque euacuationi ſtudet, neque id velle nobis patefacit, niſi medico auxilio vellicetur; nec inire vim audeat morbi, nec pellere excrementa; proindè ſi quis aliquo medicamento vel dyuretico, vel purgante eandem ſtimulet naturam, affatìm eandem cernimus excrementorum eiectioni iàm iàm operam nauare, beneque ſuum exequi munus, vnàque operari; quæ vtique nunquàm tale inijſſet opus, ni medica manus fuiſſet adhibita; An ſecùs dicendum eſt de morbi irritamento, cruda exiſtente materia? non perpetuò ſanè: fateor enim naturam a morbo violentèr irritante grauari, ac inſimul opprimi, & potiſſimùm exordiente morbo, quo tempore eandem onerari dixerat Galen. at ſi eadem vigeat, ità vt validè hoſtem expugnare iam valeat, eum vtique perbellè debellare intentabit, materiā exciendo; quod ſi forsan viribus caſſa eluxerit, tunc ſanè ſuccumbet, nàm & ſi ſe ſe deonerare etiam tentet, opuſque inchoet, ſi tamèn inchoatum non expleat opus, potiùs ad malū eiectio terminabitur, quam ſecùs: & tunc ſanè impudentis eſt Medici naturæ imbeccillitatem ſuo non compenſare adminiculo. indeque

Digitized by Google

que putarim non ab re eos paſſim errare Medicos, qui dum naturam euacuationis opus initiare comperiunt, eam perficere haud intẽtant, neſcientes miſerrimam naturam præ imbeccillitate opem expoſcere, aliquoue manũ porrigente egere, vt Galen. aiebat in aphor. ſed quamuis (proh dolor) defeſſa natura pluriès Medicis aluum exciendo quaſi inſinuet, ſe velle materias eiectare, inexorabilis tamèn eorum conditio nec aures præbere intendit, nec opus vltimare iàm audet, dum eaſdem excretiones vt ſymptomaticas damnat, futurum præſagiens diſcrimen, illud tamèn non ſanè euitans. quarè mirandum haud eſt, ſi vt plurimùm excretiones ab initio ſymptomaticè fiant, tùm quia natura nimio onere fatiſcit, tùm quia ſua ſponte id perficere nequit: propterreàque doctiſſimus Duretus inſinuauit in Coacis: quicquid humorem cit, neque diſſipat, nec exhaurit, oppreſſionem infert maiorem, & verò præſtat naturam quieſcere, quã aliquid fruſtrà moliri, nàm indè ſunt acriſià, dyſcriſià, dolor, atque mors ipſa.

Si natura ergò benè motitationes plaſmet, eaſque ab initio, nimirum ſi talia, qualia eiectet, & ægri facilè tolerent, ea excretio ſempèr eſt in bonis ducenda, cruditatis etiàm exiſtẽ-

te nota;quod ſi natura ſe ſe deonerare contẽdat, præque imbeccillitate non valeat,ſecùs ſanè contingit, inuè hoc caſu Hippocratem dixiſſe credendum: Drecretoria ne ſtatìm appareant: atque huius ſortis decretoria, mala extitiſſe viſum eſt in Muliere quæ erat apud Pātimedem, in Sileno, Phyliſco,Muliere quę erat in foro mendaciorum,Muliere Oceæte vxore, in Adoleſcente qui decumbebat ſuper foro mendaciorum, & alijs.

Neque credendum enim, eò quà dixi euacuationes antè coctionem poſſe bonitatis aliquid ſecùm vehere,eas ſempèr tales prædicare, hoc namque falſiſſimum eſt, & ab omni medico dogmate alienum: illud tamèn autumo, non ſemper eſſe improbandas excretiones ab initio,& cum cruditatis ſignis, modò conferentiam,ac tolerantiam inferre cernantur,quod non ità ſæpæ contingit; id tamen non rarò euenire valere denegandum non venit: nec aiendum eaſdem malas eſſe, quoniam irritamentum arguunt, nam licèt natura à morbifica compellatur cauſſa, vnàque irritetur, tunc ſanè ratione cauſſæ impellentis, quæ adhùc cruda eſt, ſymptoma vocitari poteſt; nō rõe præualentis facultatis, quę ad expellēdū inſurgit,ꝙ ſibi eſt infensū,indequę maximopere cõferre paritèr valet. Quo

Quo tempore ſit cælebranda euacuatio incipiente nè, & quolibet coctionis eluceſcente veſtigio, an completa coctione Cap. V.I.I.I.

DOctiſſimus Trallianus lib. 17. cap. 7. huiuſmodi nobis viſus eſt motitare quæſtionem, dum eundem in eam ſententiam deueniſſe legimus, vt aſſereret, quauis eluceſcente coctione pharmacum eſſe præbendum, ideòque in hæc crũpere verba eundem accipimus; Verùm laborandum eſt, vt humores ad coctionem perueniant, neque in vetuſtatem venire ſinendi sũt, ſed purgandi; cum enim diutiùs in corpore inſident, magis adhùc ex omnibus præſidijs quę calfaciunt, & extenuant, craſſi fiunt: indeque inferiùs ſic ſubdit: nam ſi purgatio differatur ad plenã, aſſumpto medicamento quod copioſiùs purget, magnam corpori intemperiem conciliari, & potiùs nocere, quàm iuuare: quod huiuſmodi ſententiæ auctores eam Hippocratis 4. acut. 43. auctoritate obuallant, qua-

qua aiebat:quibus in prĩcipio vrinæ craſſæ, ac nebuloſæ fuerint, tales purgare oportet, ſi etiam alia contulerint: quamobrem cum craſſam vrinam obſcuræ coctionis omen exiſtere autumẽt; indè inferunt materiam eſſe purgãdam quolibet coctionis emergente veſtigio; illudque ſubdũnt, in maximo humorum prouentu, vniuerſam materiam coctionis imperium ſubire nequire, ſed eandem inæqualitèr coqui paritèr infinu antiità vt nunc vnius partis materiæ, nunc alterius coctio celebretur: ob idque ſtatuũt materiam illam ſaltèm coctioni iàm iàm ſubiectam, eſſe excretioni deſtinandam; cum id quod coctionis redolet naturam, atque coctum paritèr illucet, detinere ampliùs nõ ſit ex vſu; atque ità nobis Gal. epycraſim totiès, ac tantoperè decantatam nobis obijciunt, cum illam adhibentes tèr, quatèr, aut quinquiès in ſingulis morbis expurgemus, licèt materia nec omnimodè, nec totalitèr ſit elaborata, vnàque cocta. quinimò pro ſuo dogmate confirmando illud vnum inſinuant, quia concoctorum non eſt neceſſaria excretio, cum natura poſtquàm coctionem abſoluit, totam ſe excretioni dicare ſtudeat.

Cæterùm quicquid huiuſmodi promulgẽt auctores, eorundem rationes facile corruent, ſi no-

ſi noſtræ, ac aliorum ſententiæ pugnaces rationes in medium afferamus,& primò ſanè noſtrum dogma, & opinatũ Hippocratis auctoritate luſtrabimus, ne videamur aliorum ſententiam,tanquàm noſtro, ac proprio Marte adinuentam vobis effigiare: En'quintò epidem. tex. 25. hæc habet: ſubpurgandi ſunt ventres in morbis, vbi purganda matura fuerint, inferni quidem vbi conſidiſſe videris, ſignum habes,ſi neque anxij fuerint,neque capite grauati, & cum calores mitiſſimi, & cum poſt exacerbationes ceſſarint: quod Galenus loco millies cit.confirmaſſe ſtuduit aiens;quũ verò natura concoquit, ſuperfluum eſt euacuare: quibus ſane vocibus coctionem in fieri eſſe autumat, non autem in facto eſſe;& tamẽ pharmaci vſum inhibere præſumit,non alia ratione (vt reor) niſi quoniam motiones coctiones frangunt:nõ enim bene ſe geret Medicus, qui naturam contemplans ſuum rectè exequentem munus coctione media, pharmacum adhibere audeat, cum inchoatum opus diffringat, eamque compellat deſiſtere ab incæpto. Illi ergò haud' ſecùs continget, quàm homini equum cõſcendenti, is namque dum equitat, non ne ſtultum erit, ſi calcaribus equum ſollicitaret, ac manibus traheret habenas?

naſ?ſic certè: idem planè abſurdum emanare crediderim viro purganti, dum natura coctioni incumbit; quaſi duo enim aduerſa coadunare in vnum fæſtinat; dum coquendi anſam naturæ cedere ſtudet, eiuſdemque coctionis munus purgatione arcere procurat; non animaduertens, natura repugnante huiuſmodi excretionem emergere, quæ dum coctionis eſt cupida, ac excrementitij humoris motum compeſcere, frenareque exardet, motu illo naturæ cupidinem intercidit; ſicq. morbus quaſi furiens, ac recrudeſcens, denuò miſeros ægrotantes præcipites ad mortem tranſuehit; cum coctio non alitèr quàm quiete proſiliat, vt Hippocr. aſſeruit; quod volens quoque Galen. innuere 4. acut. 44. ſic fari incipit: quod ſi hæc coctioni humorum conferant, (quies ſcilicèt, & vnctio) purgationes contrariæ exiſtunt, nẽpè corpus vehementèr mouentes frangunt, tali ſiquidèm virtute prædita ſunt omnia quæ purgant medicamenta; hæc ergò eſt cauſſa, cur purgationes coctionibus aduerſentur: hęc Galen. Cæterùm quomodò fieri contingereue poteſt, vt dum natura in coctione perſiſtit hoſtilique materiæ quærit modum imponere, eamque coctione frænare; altèr tanquàm adiutor aduentans, opus deneget, intercidat coctio-

tionem:ſicque purgans exhibens pharmacum aliò eandem naturam reuellit,eamque ſeuocat ab īcæpto.irrationalis ergò erit huiuſmodi Medicorum conditio, dum naturam rectè operantem intuentes, eandem ab opere quod plaſmat,penitus deuiant; iure meritò igitur Arabum Prīceps exclamarat: Medicus eſt naturæ æmulator,non autèm impediens eam:& tunc potiſſimùm,cum eadem affabrè,& ex arte operatur;quod ſanè repangit, dum coctionis munere fungitur; non ergò purgationibus incedendum eſt natura tale opus exequente, ac potiſſimùm coctionis minima perſpecta idea,ſed eademmet ad vltimos fines peruenta: eò maximè cum coctionis prima principia aduentante augmento eluceſcere comperiantur, iuxtà Galeni tritiſſimum dogma, quarè non mihi rationi conſonum eſſe videtur,ſe ſe adaugentibus morbis, ac dum natura morbū aggredi flagrat, pharmacum adhibere.cum enim aiebat Senex, impetu fertur morbus,& ægrū,& Medicū à curationib.abſtinere cōuenit, ne quid mali inducatur. quod confirmauit eodem lib. dum dixerat:Medicamentum tamèn donec corpus floridum eſt,ne propinato, non enim vacuantur niſi parùm, vt potè corpore turgente, quum autem gracilis, ac

macilentus fuerit, tunc bibendum exhibe, & euacuabitur; quod in aphoriſ. repetijt aiens: cum verò cōſiſtunt, ac vigent, melius eſt quietem habere: quo enim tempore natura grauatur. ſuperuacuum eſt eandem purgationis onere longè magis onerare; purgatio namque prçterquā quod naturam magis fatigat, coctionis inhibet eſſe, hocque fortè voluit Senex dum 6. epidem. aſſerebat: quæ coqui oportet, occludi conuenit, contraria verò ſiccari, & aperire: vt ſubdit namque. Valleſius in comm. nihil eſt deterius, quàm cum coqui aliquid oportet, aperire, velut ſi in febre, aut alia cacochymia, cum foret coquendum euacues.

Præt. cum Naturæ ex Hippocr. in epidem. ſint morborum medicatrices, Medicus verò miniſter; atque vt aliàs inſinuarat, immitator; tunc vtique purgationi incumbere ſtudere debemus, cum eadem natura ipſā excretionē plaſmare, ac moliri videtur, quam ſanè declinante iàm morbo inire conſpicitur, euicta nēpè materia, perfectèque cocta; nàm vt benè operetur, opus eſt præire coctionem, ſubſequi ſeparationem, & deindè fieri iudicium, vt decantauit Galenus. Neque illud mihi tanquā obicē pedibus apponant, aiendo nempè quod declinante morbo, iàm iudicata ſint omnia,

& con-

conſequenter abſonum reputant, humores vlterius agitare, iuxtà illud: quæ iudicantur, ac iudicata ſunt, neque mouere, neque nouare, ſiuè medicamentis, ſiuè alitèr irritando, ſed ſinere oportet: eò potiſſimum quò iudicare ex Hippocr. lib. de aff. tex. 8. illud importat, cum videlicèt morbi aut marceſcunt, aut in aliam ſpeciem aliumque ſtatum tranſmutantur: non obſtat inquàm, nam idem Senex 2. de morb. hæc habet: Vbi verò febris ſedata fuerit, pharmacum deorsùm purgans bibat, reuertitur enim quandòque morbus, ſi impurgatus remanſerit: idque paritèr iniunxit 2. de morb. tex. 21. apoplexiæ curationem contexens; quod comprobauit in Anginæ curatione aiens: Poſtquàm verò remiſerit morbus, & iã cibos guſtarit, elaterio recenti purgato, ne in aliud malum incidat: quod etiam pluries adnotare viſus eſt, vt 3. de morb. tex. 11. 2. de morb. ſect. 3. tex. 65. vndè ex his cõſtat Hipp. iudicato morbo pharmacum imperaſſe, illudque commendaſſe, ne videlicèt rediret morbus, materia aliqua remanente.

Neque ob id aliquandò negandum, antequam perfecta coctionis appareant ſigna purgationem eſſe plaſmandam, non inquàm, quãdò namque materia vel turget, vel vrget,

vel concoctilis non eſt.aut denique vaga, tũc ſanè purgandum,alitèr enim omnia quæ ſuperiùs diximus planè corruerent; & quamuìs Senex in vrinis craſſis purgationem ab initio ſtatuiſſe viſus fuerit,non ob id putauit craſſitiem illam à coctione profluere,ſed ab humorum vago errabundoque motu, ità ſcilicèt vt humoris craſſities humoris non fixi verum exiſtat omen; atque ex dictis crediderim doctiſſimum Flamminium Macrinum, omniũ horarum Medicum, inque profligandis languoribus nulli ſecundum, iàm ſuis dubietatibus impoſuiſſe fines, dum mihi hanc exagitandi quæſtionem anſam ſuppeditauit, meq.expoſtulauit,ac requiſiuit,quonam ſcilicèt tẽpore purgatio in vſum veniret, cocta nè materia, nimirùm in declinatione, an verò in principio morbo exiſtente.

Quibus ſic iactis, neque cenſendum Alexandri Tralliani verba aduersùs nos quicquã peragere,non ſanè:ait enim humores concoctos non eſſe in vetuſtatem ſimendos, eò quià eoſdem magis,magiſque craſſeſcere autumat; quod ſane veriſſimum eſſe nos vltrò concedimus: non proinde arbitrandum eũdem denegare intendiſſe perfectæ coctionis fines non eſſe expectandos, quinimò eiuſdem coctionis

ter-

terminum ſupponere videtur aiens: verum laborandum eſt, vt humores ad coctionem perueniant, neque in veſtutatem venire ſinendi ſunt, ſed purgandi; atque hac ratione Senex volebat, vbi ſedata fuerit febris, purgandum, ne videlicèt coctis humoribus derelictis recidat languens; & quamuis materia nimis exundans omnimodam coctionem, eamque totam ſimul adipiſci nequeat, cum partìm cocta, partìm verò cruda cernatur, indeque coctæ materiæ gratià ſit purgandum, huic tamèn propoſitioni diſſentiri non ità abſonum crediderim: ſiquidèm Galenus potius eſſe autumat, inchoantibus morbis expurgare, cruda planè exiſtente materia, quò ſcilicèt faciliùs natura coctionem aggredi valeat; quàm conſiſtente morbo, coctionis ceù proſiliente omine. adeò namque Galenus coctionis veretur obſtaculum, vt potiùs cruda exiſtente materia, quam natura coctionem ineunte euacuationem probaret.

Quod ſi Galenus æpycraſim tollere accipimus, non ob id tantam humorum colluuiē ſupponit, cum vniuerſalem priùs euacuationē arguat, ac conſequentèr eum non cenſeat humorum prouentum, qui inequalitatem cōfiguret, nempè materiam partìm coctionem

aſſe-

vel concoctilis non eſt.aut denique vaga, tūc ſanè purgandum,alitèr enim omnia quæ ſuperiùs diximus planè corruerent; & quamuìs Senex in vrinis craſſis purgationem ab initio ſtatuiſſe viſus fuerit,non ob id putauit craſſitiem illam à coctione profluere,ſed ab humorum vago errabundoque motu, ità ſcilicèt vt humoris craſſities humoris non fixi verum exiſtat omen; atque ex dictis crediderim doctiſſimum Flamminium Macrinum, omniū bonarum Medicum, inque profligandis languoribus nulli ſecundum, iàm ſuis dubietatibus impoſuiſſe fines, dum mihi hanc exagitandi quæſtionem anſam ſuppeditauit, meq.expoſtulauit,ac requiſiuit,quonam ſcilicèt tēpore purgatio in vſum veniret, cocta nè materia, nimirùm in declinatione, an verò in principio morbo exiſtente.

Quibus ſic iactis, neque cenſendum Alexandri Tralliani verba aduersùs nos quicquā peragere,non ſanè:ait enim humores concoctos non eſſe in vetuſtatem ſimendos, eò quià eoſdem magis,magiſque craſſeſcere autumat; quod ſane veriſſimum eſſe nos vltrò concedimus : non proinde arbitrandum eūdem denegare intendiſſe perfectæ coctionis fines non eſſe expectandos, quinimò eiuſdem coctionis

ter-

terminum ſupponere videtur aiens: verum laborandum eſt, vt humores ad coctionem perueniant, neque in veſtutatem venire ſinendi ſunt, ſed purgandi; atque hac ratione Senex volebat, vbi ſedata fuerit febris, purgandum, ne videlicèt coctis humoribus derelictis recidat languens; & quamuis materia nimis exundans omnimodam coctionem, eamque totam ſimul adipiſci nequeat, cum partìm cocta, partìm verò cruda cernatur, indeque coctæ materiæ gratià ſit purgandum, huic tamèn propoſitioni diſſentiri non ità abſonum crediderim: ſiquidèm Galenus potius eſſe autumat, inchoantibus morbis expurgare, cruda planè exiſtente materia, quò ſcilicèt faciliùs natura coctionem aggredi valeat, quàm conſiſtente morbo, coctionis ceù proſiliente omine. adeò namque Galenus coctionis veretur obſtaculum, vt potiùs cruda exiſtente materia, quam natura coctionem ineunte euacuationem probaret.

Quod ſi Galenus æpycraſim tollere accipimus, non ob id tantam humorum colluuiē ſupponit, cum vniuerſalem priùs euacuationē arguat, ac conſequentèr eum non cenſeat humorum prouentum, qui inequalitatem cōfiguret, nempè materiam partìm coctionem

aſſe-

aſſequutam, partìm verò cruditatem redolẽtem;indeque ſupponit eandem materiam incongeſtionis actu comparare coctionem, non enim ea indiget potentia, neque tantus requiritur naturæ conatus in exigua materiæ portione ad concoquendũ,ac proindè vt milliès decantaui, Galenum inſinuantem legimus: vt coctiones citiùs eueniant, meliùs eſt circà principia euacuare, quò minorem iàm factam materiam faciliùs poſſit natura concoquere: & quamuis materierum vniuerſitas coctionem non ſubierit, ſed aliqua eius pars, ſuum cruditatis tonum ſeruare comperiatur, non propterea tamèn indifferenter purgandũ, aut nõ purgandũ,ſed diſtinctionẽ habẽdã eſſe reor, vel enim nimis cruda exuperat materia,vel nimis cocta, vel vtraque æqua lance affluit:vnde ſi maior forte materiæ coctæ,quã crudæ portio eſſe illuceat,tũc ſane euacuationi manum præſtandam eſſe voluerim, modò cruda materia coctæ ſit admodum impar,neq. enim vllum ſubſultabit malum ex crudæ etiã materiæ agitatione,cum cruda materia longè minoris actiuitatis,atque etiàm molis ſupponatur.atque hac forte ratione dixerat Hippocrat.lib.de loc.in hom .tex.45.ſi quis in morbis quid permutaturus eſt,forti quidem ægroto,

to, debili autem morbo fortibus medicamentis vtendum eſt, quæ morbum ipſum ſuperēt, ægrotum autem nihilo debiliorem reddant; nàm etiam ſi quid de ſano abducant, nullum detrimentum eſt. quod ſanè in noſtro caſu paritèr accidit, ſicut enim ſanum indicationem præſe fert vt retineatur, ſic cruditas non eſſe vacuandum indicat, quod ſi tàm materia cruda, quam cocta æquè peccare cernatur, tunc potiùs coctioni incumbendum autumarim, alioquin enim cruda materia magis efferaretur; atque ex ijs conſtat quàm peccent ij, qui epycraſim ſeruare optando, nullum diſcrimen faciunt, nec contemplantur cruda nè an' cocta ſit materia, indèque paſſim errare cernuntur, ac Galenum non accipentes, in innumera errata turpitèr irruũt, nàm prȩterquā quod coctiones frangunt, atque perturbant, morbos magis irritant, eoſque in longius interuallum deferunt; hæcque ſint ſatis pro hac quȩſtione.

V An'

An in ſecanda vena, ſanguineque mittendo coctio requiratur. Cap. IX.

EO deduxit ingenia huiuſmodi inextricabilis, ac labyrinthæa coctio, vt niſi Teſeus ſuo quaſi filo nos extricare cõtendat, eiuſdemque indiſſolubilem nexum diſſoluere ſuos apponat conatus, vix, ac ne vix quidèm aditum nobis parare valeamus, ſed intèr anguſtias deprehenſi anguſtiſſimũ coctionis inuolucrum recidere nequeamus; adeò enim arduæ ſunt eius viæ, adeò ſenticoſæ, vt nullus ferè eaſdem peruadere poſſe comperiatur illæſo pede, dum enim veprem ab vno eradicare intentat, alter acutior ſe ſe inſinuat in alterum; indèque non miror ſi deuia vnica via peruia reddita, noua emergat magis ardua en'en'dum ſcyllam deuoluimus, ia Charybdim incidere vel inuitò cogimur, coniectando, an'in tundenda vena coctionis requirantur omina. Auicenna lib. 1. fen' 4. cap. 20. nouum noſtris pedibus obicem obijcit, dum' in venæ ſectione coctionem paritèr amat, aiendo: & debes ſcire, quod non quotiès nominata ſigna

gna

gna repletionis apparuerunt, oportet vt minuas, immò quandòque eſt repletio ex humoribus crudis, & eſt tunc phlebotomia multùm nocens, quoniam ſi minueris, non maturabis eos, & timebitur ne æger perdatur: ac proptereà forsàn inferiùs talia dicta dederat: & ſūmoperè tibi caue, ne ægrum ad vnam duarum perducas rerum, ſcilicèt humorum cholericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem; ideòque vocem ingeminans dixit; poſt vigeſimum diem venam eſſe tundendam, tanquam tunc temporis coctionem cælebrarit natura; dogma ſanè Eraſiſtrato, ac alijs ſatis aduersū Cælſus enim lib. 2. cap. 10. aſſeuerauit poſt quarti diei interſtitium venam ſecandā haud eſſe, quod per hæc verba nobis explanauit: Sed vt aliquandò etiàm primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt, ſic nunquàm velle poſt diē quartum eſt, cum iàm ſpatio ipſi materia, & exhauſta eſt, & corpus corrumpit, vt detractio inbecillum id facere poſſit: quinimò idē auctor Auicennæ ſententiam de coctione viſus eſt amplexari, dum ſic fatur: cum ſit autem minimè crudo ſanguis mittendus: huiuſque ſentētiæ aſſeclæ Galenum citant lib. meth. tanquā ſibi maximum fautorem, dixerat enim: Nàm ſi præcedat ciborum cruditas, tanto tempore

differre venæ ſectionem iubebis, quantùm ſatisfacere tùm ad eorum coctionem, tum vt excrementa deſcendant, videbitur: ex hiſque inferre non verentur, antequàm ad ſcindendã venam accedamus, coctionis veſtigia eſſe indaganda; quinimò pars aduerſa nouitèr inſurgit, illumque Galeni locum 2. de humor. cap. 14. decantatum in medium affert, quo propalabat; Neque ſudores, neque vomitus, neque ſanguinis profluuia, quæ in principio eluxerunt, morbũ vnquàm iudicarunt: atq. his huiuſmodi auctores ſubſultant, geſtiunt, ſuumq. viuificant dogma, alijſque omnibus eandem militare peragunt.

Cæterùm vt ingenuè fatear quicquid ſentio, quamuis huiuſmodi auctorum loca firma primo intuitu nobis ſe ſe offerant, ad probandam eorum ſententiam, infirma ſanè, caducaque eſſe elucefcent, noſtris rationibus emergentibus: & primò Senex primò aphor. dixerat; Inchoantibus morbis ſi quid tibi videtur mouendum moue, cum verò conſiſtunt, ac vigent, meliùs eſt quietem habere; quod volens nobis palam facere Galenus ſic loquitur: Circà initia verò illorum morborum, in quibus ſperamus ægrotum conualiturum, tentandum eſt maiora afferre remedia, de quibus Hippoc.

dixit,

dixit (ſi quid videtur mouendum, moue) ſunt autem hæc maximè quidèm venæ ſectio, & purgatio, quorum neutrum oportet in vigoribus adhibere: quibus fit nobis perſpicuum, in vena ſecanda non eſſe coctionem expectandam, cum in morbi primordijs eandem imperare viſus ſit, quo tempore coctio nè ſperari quidèm debet, cùm non cælebretur. propterea que dixerat Galenus, 3. de criſ. Criſis omninò vel in ſtatu, vel parùm antè ipſum fit, mors autèm in tribus temporibus, principio, ſtatu, & declinatione, ſed hoc etiam clariùs manifeſtauit lib. 1. de Criſ. cap. 17. aiens: Nã ſi ſtatim in prima die in vrinis aliquod veſtigium coctionis appareat, iam hìc principium tranſgreſſum eſt: ex his ergò facilè coniectare poterimus, venæ ſectionem fieri poſſe, coctione haud quaquàm expectata; cum ab initio ſanguinem mittendum eſſe autumarit Galenus locis cit. quinimò lib. de opt. ſecta ad Traſib. dixerat: Initio namque morbi, atq. incremento ſanguis mittitur; ſicque omnis ab eodem exploditur coctionis cura. vndè. 3. epidem. in hiſtoria Anaxionis, cui Hippocrates octauo die venam tudiſſe refert, miratur idem Galenus, in hæcque verba protumpit: quandò igitùr huic octauo die miſſus ſanguis eſt,

multò

multò, certè plures cenſeas, ſanguinis miſſionem requirentes, ſecundo, tertio, quarto die auxilio hoc fuiſſe vſos; quod in Pythionis hiſtoria 3. epid. repetere viſus eſt: quare indifferentèr ſe geſſit in vena ſecanda, neque coctionis, aut incoctionis ideam reſpectauit, nam primis diebus, & vlteriùs progrediente morboſo pathemate, ſanguinem miſit: indèque eſt vt eundem lib. de curan. rat. per ſang. miſſ. ità loquentem comperiamus: Iàm verò ad sãguinis detractionem dierum numerus conſiderandus non eſt, ſiquidèm quocunque die mittendi ſanguinis ſcopos in laborante inueneris, (nempè morbum ingentem, & virium robur) illud auxilium non prætermittes, vel ſi is vigeſimus à principio extiterit: quinimò Auicēna dixerat: Cumque te oporrebit phlebotomare, non attendas quod quidam dicũt, ſcilicèt quod non eſt bonum vt fiat poſt quartum diem, quoniam bonum eſt vt fiat, etiàm ſi ſit poſt quadraginta dies: quid ergò in vena ſecanda coctionem amant aduerſarij, vt quid eandem totiès decantant? ſed en locus Galeni lib. de curan. rat. per ſang miſſ. inſtar omnium, qui ſic loquitur: Ergò ſi magnitudo morbi miſſionem ſanguiniſſ. poſtulet, nulla poteſt eſſe tanta crudorum humorum copia,

quæ

quæ id auxilium poſſit inhibere: quid aſſeuerabũt pro hoc eneruando prolato aduerſi homines? ſi Galenus id adeò manifeſtat, vt nulla alia opus habeat indagine.

Cæterum nedùm auctoritatibus meũ dogma firmabo, ſed rationibus quoque illud munire præſumam, quod vt pangam, ſupponendũ primo id quod 5. cap. diximus, tunc nempè eſſe purgãdum, quandò materia nequaquàm fixa illucet, ſed vaga, errabunda, ac fluitans vndique comperitur; ſecùs autèm in materia cuidam parti inhæreſcente agendum venit, cruda enim eſt affectio, nec medicamento obedire, ac parere eſt prompta; ſed quid dicemus de ſanguine? an ille in venarum cauitatibus fixus erit, an non vagus, & errans, cum continuò per venarum anphractus diffluere, diuagarique cernatur, vndè non vnam ſedem ſeruare comperitur, ſed inſtabilis, fugax, lubricuſq. hùc, & illùc furioſus illabitur; quotieſcunque ergò tunditur vena, en lætus ſubſultat, & geſtiendo ſalit, quinimò obmurmurans affectat exitum; hacque ratione Martianus 2. comm. aphoris. dixerat eas febres quæ venas pro ſede agnoſcunt, fixam non retinere materiam, ac conſequenter eandem eſſe excretioni parere paratam, cum quaſi turgere emicet.

Qui-

Quinimò in morbis ijs in quibus peccat bilis atra, atque funeſta, vt in elephantiaſi, carcinomate, atque alijs morbis, numquid à sãguinis miſſione deſiſtendum, non certè: ſed inſurget aliquis ſanguinem in his morbis eſſe mittendum, nõ denego, verum antequàm eidem paretur exitus, medicamento incedendũ eſt, vt expiato illo humore, nullum ex ſanguinis miſſione diſcrimen aduentet, illud enim obſtat, ſiquidem neque purgatio ſecundùm illos tunc temporis erit ex vſu, cum cruda ſit materia: proindeque Galeno, atque Hippoc. aduerſari videtur: Galenus namque lib. de ren. aff. cur. atque dignoſc. volens nobis quaſi vniuerſale dogma tribuere, hæc habet: Siu quattuor humores abundauerint, potiùs vena incidenda eſt antè purgationem, quàm purgandum antè venæ ſectionem; quoniàm cum per sãguinis miſſionem euacuatum corpus fuerit, purgans medicamentum exhibitũ, venas, & arterias, inaneſq. corporis regiones inuenit non oppletas, quò fit vt abſque vllo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahendum ſuccos, facillimèque eorum fiat euacuatio per vaſorum ſpatià, & fuſionem, tenuitatem ſuccorum. ex quibus conſtat Gal. priùs ſanguinem eſſe mittendum iniunxiſſe, ac ſubin-

Digitized by Google

ſubindè purgationi operam eſſe nauandam: quamuis cacochymiam ſupponat, dum ait, quoniam ſi per ſanguinis miſſionem corpus euacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum, venas, & arterias, inaneſque corporis regiones inuenit non oppletas: atque hinc etiàm conſtat Galenum ad ſuccos extenuandos venam paritèr ſecaſſe; ità vt ſanguinis craſſities venæ ſectionem haud vtique renuat. quod ſi mihi non adhibeatur fides, quiſquis is ſit, adeat Galenum 2. ad Glauc. cap.10. & coniectabit in elephantiaſi, atque carcinomate, in quibus (vt ſuperius innui) ſanguinem mittendum eſſe voluit, quamuis atra, craſſaque bilis naturæ negotium faceſſat: Huic igitur morbo (hæc ſunt eius verba) quas anteà diximus conferunt purgationes, quod ſi ętas, & virtus permiſerint, ſanguis priùs mittendus eſt, in cancris verò non inutile eſt, neque in iſtis, vbi nihil prohibet ſanguinem mittere, demùm purgare: atque hinc conſtat humoribus incoctibilibus ſtagnantibus eundem Galen. venam tudiſſe 14. meth. quod etiàm in anthrace plaſmaſſe patet, dùm ait: quarè ab inciſa vena incipienda curatio, detrahenduſque ſanguis ad animi vſque deliquium: ſed hoc clariùs nobis Hippoc. palàm facit in hy-

 dro-

dropis curatione lib.acut.tex.62.qui ab ichoroſitatibus atque aqueis humoribus nullam coctionem receptantibus progignitur, & tamèn idem Senex venam pertundit, aiens: Hydropum duæ naturæ ſunt, quorum alter ſub carne ſi fieri aggreditur, ineuitabilis eſt, qui verò cum inflationibus fit, multa bona opus habet, maximè autèm ęrumnis, ac fomentis, & temperantia, edat autèm ſicca, & acria, ſic enim vel maximè vrinam eiecerit, & plurimùm viribus polluerit, ſi verò & difficultèr ſpirauerit, & tempus vernum fuerit, & ſimul ætas viguerit, & virium robur adſit, de bracchio ſanguinem detrahere oportet; en ergò in hydrope vena foratur, vbi incoctiles materiæ ſtabulantur; deſeram hìc maximam difficultatum illuuiem, quæ circà huiuſmodi prolatum fieri aſſolet, cum ad præſens inſtitutum haudquaquàm facere comperiatur; Galenus enim in comm. huiumodi hydropis ſpeciem, anaſarcā nempè ſanguinis interdùm detractione indigere autumauit, cum videlicèt ex retentione vel hemorroidum, vel muliebrium, vel ex quapiam quæ ità plettorica ſit cauſſa inchoarit; quinimò ſubdit: ſic & in frigidiore ab copiam ſanguine, vbi calor natiuus propè extinguitur præſentiſſimum remedium eſt ſanguinis miſ-

ſio:

ſio cuius ſanè prolati innumeras poſſem hi-
ſtorias in medium afferre, vnicam tamen (nè
longior, quàm par eſt eſſe videar) lubenter e-
narrabo, eaque eſt illa quam mihi retulit D.
Antonius Baptiſta Benedictus à Guelfalione
meus cariſſimus patruus, & V.I.D. qui dum
apud Theatinam Vrbem multis honoribus
eſſet decoratus, Sereniſſimæq. Margaritæ Au-
ſtriacæ honorificè inſeruiret, hemorroidaliũ
venarum conſueta euacuatione ſuppreſſa, in
hydropis affectum miserèquidèm impegit: nec
vllo alio præſidio melius habuiſſe promulga-
uit, quàm ſanguinis miſſione cælebrata, qua-
ità conualuit, vt nunquam hydropis vel mi-
nimam ſuſpicionem habere valuerit; quod ſi
frigido exuberante ſanguine, eoque pituitæ
non leui miſcela referto, ſanguinis miſſionem
probauit Galenus, quid in ſecanda vena coc-
tioni ſtudemus, vt quid eandem attendimus?
cum pituitoſus ſanguis non leuem ſapiat cru-
ditatem: ſanguis enim bifariàm crudus nun-
cupari valet, vel quia ſcilicèt multam habeat
pituitæ portionem admixtam, vel quià ſeroſi-
tate, atque ichoroſitate referri comperiatur;
quæ duo in præfato hydrope conſectaria eſſe
elucеſcunt, ac proptereà aliquandò ſicut in
purgatione antè coctionem patranda diximus

ſatius eſſe circà principia euacuationem moliri, quò minorem iàm factam materiam, faciliùs poſſit natura concoquere; ità id potiſſimũ venæ ſectione cælebrandum eſſe autumarim, vt probauit, ac exantlauit loco ſuperiùs citato per hæc verba: Multoties prętereà phlebotomia in febribus licèt neceſſaria non ſit, efficit vt natura fortis fiat ſuprà materiam, propter quod efficit paucam: ſed hoc clariùs innoteſcet ex Hippoc. lib. de aff. tex. 21. dum ità loquitur: Bilioſis autèm conducit, vt per victum humectantem aluum, & veſſicam ſubducamus, & vt de vena ſplenitide frequentèr ſanguinem mittant: en ergò bilioſa cacochymia, atque materia ſtagnante cruda Hippocr. ſanguinem miſiſſe viſus eſt, quamuìs lib. de humor. & in epidem. dixerit, tria vtique nobis venæ ſectionem inhibere, anni ſcilicèt tempus æſtiuum, pleuritidem, bilem: ſed de hoc aliàs.

Ex his ergò quæ diximus innoteſcit, Hipp. atque Galenum coctioni non ſtuduiſſe in ſecanda vena, ſed poſtabuiſſe eandem. ſed quid aiemus, cùm Galenus arbitretur eam materiam dici crudam, quæ vel craſſitie, vel tenuitate pollet, & tamen inſpectamus eundem in ambabus materijs, tanquàm crudis venam

ſecaſſe,

ſecaſſe; in tenuibus quidèm, vt ſuperioribus prolatis palàm fecimus: in craſſis verò eandē admiſiſſe iam conſtat, & potiſſimum ſi ſextū lib. epid. intueamur, eo enim loco hæc habet: Si ſanguis multus, & craſſus redundat, a venæ ſectione auſpicandum eſt, & deindè ad purgationem deueniendum eſt, & ſublata copia, pro purgatione demum expectanda eſt coctio.

Præter. in Quartanis, in quibus atri, craſſique humores exuberant, non ne Galenus ſāguinem eſſe mittendum iniungit, quouſque rubeus effloreat? quarè ego ſanè non vererer, nec ambigerem ſāguinem mittere cruda exiſtente materia, modò eadem cruda materia, a ſanguine ſegregata haud vtique illuceat, & in aliquam partem traiecta, ità vt vel in primas vias, vel aliò præceps irrepſerit, inibique inhæruerit: atque ob id non immeritò doctiſſimus Coſtæus ratus eſt Auicennam dum ſāguinis miſſionem in crudis materijs inhibuit, non de omnibus morbis verba ſubnexiſſe, ſed de inflammatione duntaxat; eaque cum vel immineat, vel iàm plaſmata emergat: in imminenti venam perturbēdam eſſe retur, & ſi materia coctionis non effigiet ideam, at in facta coctionem admittēdam eſſe arbitratur, quod

ab

ab Auicenna non eſt alienum; quinimò idem met hoc dogma aſtruere,nobiſq.tradere videtur, dum loco ſuperiùs citato ſic nobis intonat: Et cum in eis ceciderit in earum principio penitùs phlebotomia dimittatur, quod humores ſubtiliat, & eos per corpus diffluere facit,& eos ſano ſanguini admiſcet,& eſt etiã cum nihil euacuatur, ex eo quod oportet: atque ob hanc paritèr rationem Hipp. in acut. tex.36.dixerat: quicunque ea quę inflammata ſunt ab initio &c. ſubdit; cruda enim eſt affectio: impacti namque humores nullimodè dimoueri queunt;hacque ratione autumarim Hippoc. lib. de morb. in angina priùs linguæ venas tudiſſe; indeque ſecaſſe cubitum,aiendo: Et venæ ſub lingua ſecentur, ſed & a cubitis sãguis dimittatur,ſi vires validę ſint,&c. non alia de cauſſa,niſi quià ſi tranſacto initio eam cęlebremus euacuationem,ſeù ſcarificationem, nihil diuellere poterimus, cum adereat, atque fixionem ſupponat.

Augenius autèm vt ab hac dubietate ſe expediret,dixit ob id ab Auicenna in materijs crudis venæ ſectionem inhiberi,quoniàm eacem in morborum primordijs præſtita,humores attenuare comperitur, iuxtà hunc ſanè ſenſum, quod nempè contingere haud'eſt arduum,

duum, vt in ventriculi intercapedine, ac primis venis tenues ſtabulentur humores, qui antè ſectionem non eiecti in venas irrepent, indèque ſanguini commixti, eundem paritèr ſubtiliant; ideòque meliùs eſſe autumat, eos purgationi, quàm venæ ſectioni deſtinare. Antonius Maria Bettus arbitratus eſt in illarum ægritudinum principijs, quarum meminit Auic. phlebotomiam non eſſe conſonam, eradicatiuam tamèn; ſed minoratiuam in vsũ deuenire poſſe iàm credidit, quia ſanguis in his morbis qualitate peccat, aliorum nimirũ humorum admixtione; quamobrèm ſi eradicatiua ſãguinis adhiberetur miſſio, ſupradicta æger diſcrimina incurreret, pro quibus euitandis, eius eſt voti, vt penſitarit ſatiùs eſſe primò ſanguinem minorare, ſubindè materię cruditatem maturare, & denique eradicatiuè ſanguinem demere; huiuſque ſententiæ fuit etiam Gentilis, qui lib. primò fen. 4. cap. 20. vt hanc difficultatem eneruaret, ſuperius opinatum clariùs expreſſit, aiens illud eſſe pro phlebotomia notandum, quippè ægrimoniæ materiæ ſanguineæ duplicem ſortiuntur ſtatum, vel enim ſunt merè ſanguineæ, vel alijs humoribus commixtæ cernuntur; ſubditque in materia purę ſanguinea ad ſyncopim vſque

eradicatiuam ceù phlebotomiam eſſe patrandam, eamque ab initio, vt in Synocha, hocq. ab initio plaſmandum inſinuauit, ne ſanguis cacochethiam nactus eſſet; at in ægritudine ſanguini admixta, huic deberi ait minoratiuã venæ ſectionem, eò quia humores cruditatis non ſunt expertes, ac conſequenter eiectioni inhabiles, ineptique; hæc tamen ſententia nec arridere poteſt, quarè dicendum materia cruda exiſtente (vt ſuperiùs enucleaui) venam eſſe ſecandam, modò ea materia ſegregata nõ fuerit ex vno in alium locum, aut cuidam parti inhęrens; immò in fixa materia reuulſionem eſſe conſonam non abſonum crediderim, euacuatiuam tamen ſanguinis miſſionem dicere ſanè horruerim. Atq. ità mihi videre videor omnes poſſe dubietates profligare; quippè cum Auicenna aſſeuerat: quandoque eſt repletio ex humoribus crudis, & eſt tunc phlebotomia multum nocens, quoniam ſi minueris non maturabis eos, & timebitur ne æger perdatur: tũc enim temporis Auicennam ſupponere ſtatuendum eſt, crudam illam materiam extrà venas ſtagnare, ac forſan in primis vijs, atque ventriculo, quod ſi huiuſce ſortis humoribus poſthabitis venam pertũdat, occaſio eſſe poterit, ac maioris cruditatis ſoboles; ex venarum nã-

que

que prolectant, indèque ſanguis non exigua labe fædatur,ſed vndique ſanè turpatur.hocque etiàm ſibi voluit,dum in ea eruperat verba:caue nè ægrum ad duas perducas rerum, ſcilicèt humorum cholericorum ebullitionē, & frigidorum cruditatem;ſic etiàm,& Celſo, atque Galeno reſponſa adaptare valebimus, & quamuis Celſus intonuerit:Cum ſit autèm minimè crudo ſanguis mittēdus: ſubdit tamē, neque enim coctionem ſemper res expectat: hancque ſententiam viſus eſt probaſſe Galenus,cum dixerat: nam ſi præcedat ciborum cruditas &c. tanquàm ea humorum non ſit, ſed ciborum in ventriculo ſtagnantium; proindèque doctiſſimus Fernelius lib.2. de venæ ſect. cap.14. hanc quoque difficultatem volens diluere ſic fatur: Crudiore enim ventriculo ſecta,exinanitaque vena,crudi ſucci,plurimùm in ſanguinis locum rapiet, & ſuppreſſiore aluo ſi venam eliſeris,Iecur,exhauſtæq; venę impurum,& ſordidum è fæcibus exugēt.

Quod ſi aduerſarij rurſus aſſurgant, aiendo ſanguinis profluuia ab initio nunquam morbos profligaſſe,id non obſtare crediderim noſtro ſtatuto, ea namque cum a natura cælebrantur,non rectè plaſmari credēdum, cùm natura ab initio raro quidèm benè operetur,

iuxtà illud: Decretoria nè ſtatim appareant; tùm quia eiuſdem naturæ maximum irritamentum præſignant, tùm quia in die bona minimè fiũt, cum ſeptima, nona, & decimaquarta die ſanguinis profluuia ab Hippoc. in coacis commendentur, neque propterea id non ab arte præſtandum, quod doctiſſimus Gentilis ſibi obijciens; ſic reſpondiſſe videtur, aiẽdo non ſempèr Medicum naturam conſectari debere, ſiquidèm cum eadem euacuationem molitur, medicus euacuationi haudquaquàm ſtudet, quemadmodum cum non euacuat, naturæ defectum ſupplere tenetur, proindèque dixerat Auic. ſi natura non moueat, moue tu, Cæterùm hęc reſponſio mihi arridere nequit, Medicus enim perpetuò naturæ motum ſequi cogitur, & potiſſimum eandem benè operantem intuens; & quamuis ab initio ſanguinis profluuium dimouendo natura non operetur, non indè ſequitur Medicum ſanguinis miſſionem haud debere intentare, natura enim tunc temporis aliquo indiget adminiculo, cum oneri grauata ſuccumbat; haud ſecùs quam bellua onera gerens; quæ dum nimis grauatur, oneri ſubijcitur, illique humata, cedit, ſicque in humum elabitur, vt nequeat exurgere, & quamuis miſerrima omni ſpe om-

nique fiducia viduata cernatur, non ob id tamen exilire non intentat, ſeque tollere in altum; ſed pro viribus innumeros queritat modos, varios adhibet conatus, vt (ſi fieri queat) ſuam oneroſam ſubleuet molem; omnia tamē incaſsùm audet, omnia irrita emergunt, niſi enim quiſpiam eius degrauet onus, eius ſarcinam demat, eandem oneri ſuccumbere debere credendū, ſicut deonerata affatìm ſe geſtientem ſalire dicendum; ſed an aitmus oneratum animal nolle ſuum exequi munus, an verò nequire? nolle, non eſt dicendum, nequire cenſendum; ſic ſanè naturæ contingere mihi ſuaſum habeo, quamuìs enim eodem ſe ſe onere degrauare concupiſcat, quoniam tamē onus eſt ſibi impar, nequit, ideòque extero indigens adminiculo, medicam implorat manū, indèque Galenus 11. meth. cap. 15. dixerat: Saluberrimum eſt in omni febre putrida ſanguinem mittere, leuata namque quæ corpus noſtrum regit natura, exonerataq. eo quo velut ſarcina præmitur, haud egrè quod reliquū eſt vincet, cōcoquens quod concoquī eſt habile, & excernens quod poteſt excerni: hæcq. mihi viſa sūt ſatis pro hoc opuſculo de coctione efformando.

FINIS.

INDEX.

A

Actiuitas agentis, cum eſt minor reſiſtentia paſſi non proſilit actio p. 29.

Adoleſcentis Peregrini hiſtoria p. 128.

Anginæ quænam horrendæ p. 57.

Antonij Mariæ Betti, et Gentilis de vena ſecanda prolatum p.

Auer. icteritiam antè ſeptimum nonunqnàm nō damnat p. 130.

Auicenna in ſecanda vena coct. amat 154. 155.

Augenij ſolut. de vena ſecanda materijs crudis exiſtentibus. 166.

B

Bilis naturæ eſt ſatis obediens p. 133.

Bilioſis ſanguinem mittit Hippoc. p. 164.

C

Calor naturalis omnia in vnum congregat. p. 9. eo pereunte omnia pereunt p. 10. eodē vigēte mixtio do perdinequit p. 11. calor ſecund. nonullos nedùm homogenea innectit, ſed heterogenea p. 16. vt plurimum homogenea arctat, quamuis non rarò heterog. colliget. p. 17. eo immīnuto multæ cruditates emergunt p. 40.

Celſus putauit poſt quartum diem non eſſe venam ſecandā p. 155.

Clazomenius habuit euacuationes conferentes cum ſignis cruditatis pag. 129.

Coctio intemperata tēperat p. 18. trifariàm depromitur ibid. vt citiùs eueniat, meliùs eſt circà principia euacuare p. 29. 103. ſecund. Ariſt. tripliciter ſumitur p. 33. in uenis etiā agitur ſecund. Iouber. p. 40 quid ſit ex Galen. p. 66. iudicij cæleritatē portendit p. 66. eadem optima exiſtente languētes nonunquàm pereunt p. 67. 71. eandem ſæpiùs damnat Senex p. 68. coctio non rarò non eſt materiæ peccātis p. 75. mille præconijs inſignitur p. 77. quænam ſit bona p. 93. & 96. cur nos decipiat p. 79 nil poteſt dum læſio non eſt in naturalibus p. 80. quibus debeatur p. 82. quandò dānā-

da p. 83. tempeſtiua bona p. 84. nonnunquã ſuperioritatem nõ indicat p. 85. aſſimilatur generoſo militi p. 85. eadem exiſtente nullũ vidit perire Gal. p. 88. quomodò intellig. ibi. non omnis coctio probanda d. 91. citiùs in particul. morb. emergit. p. 83. habet ſuos gradus p. 94. cur ad expulſiones requiratur p. 133. antequàm ſit perfecta, quandò purgandum p. 149. ſit ex permixtione p. 14. cocta materia quandò fuerit maior cruda purgandũ ſecùs ſi cruda p. 152. qualis nũcupetur cocta p. 33.
Corpus à cibis æqualibus, æqualitèr nutrit. p. 10.
Corupt. partes naturæ dē reliq. abſonum p. 105.
Criſis quæ opt. ex Galen. p. 125. per excellentiã quæ ſit p. 131. in quibus temporibus contingat p. 157. eius intempeſtiuæ an ſit indicium euacuat. ab initio p. 139.
Cruditas quandò emergat p. 20. ex ſeparatione exurgit p. 23. ex victa natura prodiit p. 24. dupliciter ſit rebellis p. 27. ex parte crudorũ triplex p. 28. multis modis deſumit. p. 134. eadem exiſtente. criticum fieri poteſt iudic. p. 138. eademque in vẽtric. exiſtente Gal. prohibet venæ ſectionem p. 156. cruditate in vẽtric. exiſtente, quandò vena ſecanda p. 155.
Crudæ materiæ quandò purgãdæ p. 105.

D

Decretoria nè ſtatim appareant p. 92. 142.
Diſſimilitudo eſt cauſſa ſeparationis p. 36.

E

Elementaris calor quid præſtet p. 9.
Epicraſim ſeruantes multotiès errànt p. 153.
Æruginoſę materiæ, praſinæ, nigræ coctionem non admittunt p. 83.
Euacuationes non multitudine ſunt æſtimandæ Pag. 89.
Euacuatio ab Hippoc. adiuta ſtante cruditate p. 112. eidem faciedæ duplex cruditas conſi-

de-

derandá p.118. eadem ab initio facta ſecun.aliquos eſt ſymptomat. p.123.ſtātibus crudit. ſignis ſymptomat. p. 124. facta cum conferentia. & toler. bona etiam cruditate ſtante p.126. materierum putridarū bona, ſi benè eadem exeant p.126. ab initio facta nedum vtilis aliquandò,ſed critica p.131. eadem ab initio facta cur non raró poſſit eſſe bona p.136.eadem ab initio inchoata debet à Medico irritari p.141. eadem ab initio indicat Medico ſe velle mouere,ibid. quæ ſit laudanda ab initio facta ibid. antè coctionem nō ſempèr bona p. 142.

F

Febres malignę ficto homini aſſimilantur p. 75.

Fullonis hiſtoria p. 101.

G

Galenus potiùs inchoante morbo, quàm incipiente coctione purgare optat. pag. 151.

Gal. ad extenuandos humores venam paritèr ſecuit p. 161.

H

Hecticę febres non raró bonas obtinent vrinas pag. 79.

Hipp. ab initio multos purgauit p. 98.

Hiſtoriæ eorū,qui euacuationibus ab initio periere q. 142.

Humores incoctiles qui ſint p.35. dimoueri nequeunt ſine ope naturæ p.46.quādò purgandi p. 62.qui sūt in fluxu. purgandi p.114. crudi,& fixi nūquàm purgandi p. 114. eorum mobilitas magis illucet ab initio p. 137.

Hydropico ab initio aluus ſoluta, bonum p. 189. eidem cruda exiſtente materia pharmacū dat Hip. p.110.venam ſecat p.161.

I

Icteritia antè ſeptimū quomodò dicatur bona ſec. Mercatum p. 136.

Incoctile aliquid redditur dupliciter p. 28. quale ſit pag. 30.

Inflammationibus ab Hipp. conceſſum fuiſſe, medic. qui intelligatur p 119.

Iudicatio perfecta ſine coctione non raró perficitur pag.88. eadem eſt morbi ſolutio p. 125.

L

Legij

Legibus, non exemplis docendum, atque medendũ pag. 129.

M

Materiæ pharmaco ab initio non agitantur contrà nonullos p. 106. carundẽ malignarum excretio nõ eſt naturæ committenda p. 107. turgentes, aut veneficæ crudæ educendæ p. 113. in venoſo genere exiſtentes, quià non fixæ, purgandæ p. 116. fixas materias quæ commoſtrent pag. 119.

Mater. in pleuritide ad hypocond. tendens videtur turgere ſecund. aliquos pag. 120.

Malignæ febres ſolent bona criſi vacare p. 188.

Medicamentum exhib. cruditate ſubſtante p. 101.

Mixtum quandò proſiliat pag. 12.

Morbus, & natura aſſimilãtur duobus colluctantib. pag. 44.

Morbus regius cum rigore ante ſeptimum bonus pag. 127.

Motiones coctiones frãgũt pag. 145. 146.

Mulier moroſa fuit cũ cruditatis ſignis iudicata pag. 128.

Murmurante aluo ſtatim exhibẽdum medicamẽtum p. 100.

Murmur nonunquàm purgationem indicat p. 50.

N

Natura quandò cõcoquat ſecun. Gal. p. 19. eſt quæ humoribus primã præbet motionem p. 43. nõ fugit, aut timet in coquenda materia p. 43. nõ agit conſilio p. 72. eius actio cur ſæpæ non reſultet p. 82. nil repentin. patitur, vel molitur p. 94. in princ. fortis comperitur p. 103. 132. eius propenſioni non eſt negãda manus p. 107. ab initio grauatur p. 124. eius motio ab initio bona, & cur p. 137. & ſi irritata ab initi. poteſt bene euacuare p. 139. niſi habeat aliquod irritamentum, aliquandò nihil agit ibi. morborum medicatrix p. 148. completa coct. euacuat p. 148.

Nicodemi hiſt. p. 128.

P

Parotides quandò reprimendæ p. 73.

Peccata ab initio excuſantur

tur p. 39.
Pepaſmi alteratio triplex pag. 34.
Pepaſmus iudicatio eſt, & ſimul excretio p. 88.
Pepſis à pepaſmo quomodò differat p. 33. 34.
Peſtilentiali conſtitutioni profuit aluus ſoluta ab initio p. 111.
Pituitæ perfecta cruditas vbi fiat p. 40.
Pleuritis ſecun. Hipp. in pulmone, non in pleura peragitur p. 80.
Pleuritico & Peripneumonico quarto die pharmacum iniungit p. 100.
quandò purgandus ab initio p. 121.
Principium morbi aptiſſimum tempus pro purgatione p. 98.
Principio morbi cur purgandum p. 99.
principium nunquàm coctionem agnoſcit p. 100.
Pulſus bonus, & vrina bona, & æger tendit ad mortem p. 173.
Pulſus & vrina in mortiferis febribus cur non immutentur p. 75.
Purgandum quandò ſit ab init. p. 117.
Purgandum ſemper nõ eſt, cruda exiſtente materià pag. 104.
Putredo ſecund. Gal. eadẽ eſt cum ſeparat. p. 11.
Putredo non alio euincitur, quàm pharm. p. 106.
Putrida materia eſt euac. non imputrida p. 108.
Putridorum medela eſt euacuatio p. 74.
Pythonis hiſt. p. 49.

Q

Qualitatum primarum definitiones potiùs sũt deſcriptiones p. 17.
Quæ iudicata ſunt, an poſſint moueri p. 149.

S

Sanitas in homogeneorũ nexu ſita eſt, in eorundemque ſeparatione deperditur p. 11.
Sanguis in venis exiſtens ſemper vagus p. 159. eidẽ mittendo non requirit. coctio p. 156. 157. dierũ numerus conſiderandus non eſt p. 158. bifariàm crudus p. 167.
Scymni Pictoris ancilla cur perierit ex Vall h. 72.
Separatio omnium morb. origo p. 11 quomodo fiat p. 12. eius nom. quid intelligatur p. 15. 23. coctione domatur p. 16. à tripli;

ei cauſſa pronaſcitur, p. 29. dicit duo p 27. eadē in fieri poteſt emendari, ſecùs autèm in facto eſſe p. 27.
Signa à coctione depromp. certam polliceri ſalutē dicit Gal.p. 68.
Subpurgandi ventres in morbis quando matura fuerint purganda d. 145.
Sputum ſtatim eſſe coctū quomodò contingat ab. initio p. 92.
Suppuratio partim putredo, partim coctio p. 72.
Suppurans eſt ſine recidiua pag. 72.

T

Tenues humores an'egeāt craſſitie p. 116. non ſunt incraſſandi p. 117.
Thoracici morbi pro criſi non agnoſcunt vrinam, ſed anacthaarſim p. 93.
Turgentia quomodò differat ſecun. Gal. & Hipp. p. 42. Hipp. quæ ſit p. 47. quomodò poſſit eſſe vergentia, cum ſæpius reperiatur p. 52.
Turgere, non humoribus, ſed naturæ potiùs com. petit p. 43. quid ſibi velit turgere p. 44.

V

Vacuatis humoribus morbi ceſſant, p. 141.
Vagæ ac non fixæ materiæ protinùs purgād. p. 113.
Verg. pro turgentia eſt attendend p. 48.
Vergentia humoris, purg. indicat p. 50.
Vittoria non ſubitò paratur p. 94.
Virgo lariſſæa habuit euacuat. ab ūri. bene patrat. crudit. exiſtente P. 112.
Vrgen. nomine qd intelligi. p. 55. a tripl. fonte hauriendā p. 56 eius gratiā ſtatim purgād. p 57. triplici medic. vtitur Trall. eadē die p. 58. eius cauſſa attēdēd. ſolū ſymptom. p. 60. quandò exurgat p. 61.
Vrinæ coctę malæ ex Hip. p. 67. 88. quom. eas leg. Gal. p 67. vrina fallax nūcius p. 75. in morbis thoracis bona nō bonū, mala, malum p. 81. repentè cocta mala p. 43 optima quæ p. 96. eadem craſſa ac nebuloſa exiſtēte purgādum p. 115. eadē craſſa & ſi crudum arguat humorem. non fixum eundem indicat p. 115.

NOnulla, nè dicã innumera errata in hoc paruo opuſculo adinueni, eaq. potiſſimũ præ reliquis illucẽt, in virgulis inſculpẽdis, inq. punctis apponendis: illa tamẽ (benignisſime Lector) percurrẽdo corrigere non dedignaberis, ac Typograhi celeritatẽ in cõponẽdo excuſabis. tria tamẽ nõ abſq. correctione traijciẽda putaui, quorũ primũ eſt, pag 21. ver. 21. vbi legitur factã, lege facta: ſecũdũ cernitur pag 32. ver. 4. vbi legitur: obſiſtit, atq. repugnat, lege, obſiſtunt, atq repugnãt, & ibid. ver. 5. legitur induit, lege induunt; Tertium, videtur pag. 115. ver. 18 vbi legitur vetima, lege verò: reliqua errata vt puta magis tolerabilia contemnenda duxi.

EX commiſſione Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dñi Epiſcopi Aquilani ego Fr. Michael à Calentino, Ord. Min. Regul. obſeru. lect. iubilatus Prouincięquæ S. Bernard. Minor. Prouincialis. Vidi,& perlegi librum, cuius inſcriptio. De Pepaſmo, ſeù Coctione Quæſt. ad mentem Hippoc. auctore Iulio Cæſare Benedicto à Guelfalione Aquilano Philoſ. ac medicinæ Doctore. Nihilque in eo reperi diuinæ ſcripturæ, Sacris Canon. ſanctionibus Pontificijs, fidei Cattolicæ, aut bonis moribus aduerſum. Quin potius pietatem ſpirat, ſapientiam,& eruditionem maximam; vnde meritò in publicam vtilitatem dignum cēſeo, vt in lucem prodeat, typiſque imprim. Datum Aquilæ in Conuentu Sancti Bernar. Die 3. Menſis Iulij. 1636.

Fr. Michael qui ſup. manu prop.

Imprimatur Gaſpar Gaioſus Epiſcopus Aquilanus. 1636.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Sig.

IL Dottor Giulio Ceſare Benedetti della Città dell'Aquila fa intendere à V.E. come haue compoſto vn libro de medicina, quale deſidera ſtampare con titulo queſtiones de Coctione, ſupplica perciò V.E. voglia reſtar ſeruita concederli licenza, che lo poſſi far ſtampare è l'hauerà à gratia vt Deus.

Mag. A. M. D. Stella Videat, & Referat Caſanate Reg.

Prou. per S.E. Neapoli, Die 19. Maij. 1636.
Tagliauia.

In ſtilo floridus, in difficultatibus acutus, moratus, Reipublicæ non infenſus, ſcribit auctor, ideò typis opuſculum hoc de Coctione dignum, illuſtre ore mellifluum, atq; doctiſſimè Neapolitani Regni à latere Reg. Caſanata, exiſtimo. Vale; Die 18. Iunias 1636. Neapolis. Donatus Antonius Stella.

Viſa retro ſcripta relatione Imprimatur.

Mont' Aluo Reg. *Brancia Reg.*

Tapia Reg. Zufia Reg. Caſanate R.

Prou. per S.E. Neap. Die. 19. Iunij 1636. Anaſtaſius.

Digitized by Google

Digitized by Google

16